

1678<sup>z</sup>

REGALIS INSTI  
TUTIO ORTHODOXIS OM

nibus, potissimè Regibus, & Principibus perutilis.

Catholico regi Hispaniarū Philippo secūdo dicata.

Fratre Alphonso Orozco, sancti doctoris

Augustini instituti, Autore.



Cum priuilegio Regis.

COMPLVTI.

Apud Sebastianum Martinez. Anno. 1565.

Esta tassado en real y medio.







# El Rey



Or quanto por parte de vos fray Alonso de Orozco nuestro predicador nos ha sido hecha relacion que vos auades compuesto vn libro intitulado Regalis institutio que era muy vtil y prouechofo y porque os dimos licencia y facultad para le imprimir con que despues de impresso se truxesse al nuestro consejo para que se corrigiesse con el original que en el auia sido visto: y en cumplimiento dello se auia impresso y corregido y se auian sacado las enmiendas que en el auia auido por el licenciado Mercado corrector de los libros que por nuestro mandado y con licencia se imprimen, nos suplicastes os diessemos licencia y facultad y mandassemos que por tiempo de quinze años ninguna otra persona le pudiesse imprimir ni vender sin vuestra licencia ni traerle impresso de fuera parte o como la nra merced fuesselo qual visto: por los del nuestro consejo fue acordado que deuiamos mandar dar esta nuestra cedula en la dicha razon, y nos touimos lo por bien por la qual vos damos licencia y facultad para q por termino de diez años primeros siguientes que corran y se cuenten desde el dia de la fecha de esta nuestra cedula en adelante podays imprimir y vender el dicho libro: y mādamos y deiēdemos q persona alguna sin vna licencia no le pueda imprimir ni vender so pena de perder todos los libros q del vuiere impresso y mas diez mil marauedis para la nra camara con tanto que ayais de vender y vendays en vn cuerpo y volumen del dicho libro por precio cada volumen de real y medio y no mas: y conque antes q vendays ninguno de los dichos libros se impriman al pie de cada vno dellos las dichas enmiendas q van firmadas del dicho licenciado Mercado y de domingo de çauala escriuano de camara de los que residen en el nuestro consejo: y mandamos a los del nuestro consejo presidente y Oydores de las nuestras audiencias Alcaldes Alguaziles de la nuestra casa y Corte y Chancillerias y a todos los Corregidores Asistente Governadores Alcaldes y otros Iuezes,

y justicias qualesquier de todas las ciudades, villas y lugares de los  
nuestros reynos y señorios, y a cada vno y qualquier dellos, ansi  
a los que agora son como a los que seran de aqui adelante: que vos  
guarden y cumplan y hagan guardar y cumplir esta nuestra cedu-  
la y merced que assi vos hazemos y contra el tenor y forma della  
no vayan ni passien ni consientan yr ni passar por alguna manera  
so pena dela nuestra merced y de veinte mil marauedis para la  
nuestra camara. Fecha en Madrid a 20. dias del mes de diziem-  
bre de mil y quinientos y sesenta y quatro años.

Yo El Rey

Por mandado de su Magestad Francisco de Erasso.



# Inuictissimo Hispaniarum

Indorumq; Regi Philippo II. Frater Alphonsus Oroz  
co in Christo Iesu, qui vera  
est salus. S.



Eminem clam esse arbitror, sed omnibus iuba  
re ipso lucidius cōiector, Inuictissime Rex, quē  
piam in terra, regnum suum recte moderantē,  
imaginem summi regis Christi Iesu, & viuidū  
exemplar fore. Quippe qui, vt ceteris præcel  
lentior est dignitate, sic omneis præcellat virtute, & san  
ctitate oportet. Eō planē regum omnium functio potissi  
mum spectat, vt gratos sese Deo optimo, primò reddant:  
deinde pro virili studeant, & solerti cura incumbant, de  
republica benemereri. Huc nimirum attinet, quod de re  
ge primo Israel (haud frustra) sacra contestatur historia:  
rex Saul superabat populum ab humero & sursum. Mi  
rabile dictū: non aliquos, sed omnes, corporis procerita  
te præcellebat princeps, quem summi Dei delectu, sacer  
rimus vates Samuel in regem consecrarat. Qua in re, si  
paulo altius philosophari libeat, in hoc primo rege, po  
pulo Dei destinato, regum omnium orthodoxorum, si  
mulachrum, & perspicua imago sita est. Excellebat ru  
de vulgus ab humero & sursum rex Saul, quem admo  
dum scriptura sancta nobis recensuit. Parui tamen (vt in  
genue fatear) refert procerē vel exiguē stature princeps  
catholicus sit: quum sacer ille rex Dauid, Goliath gigan  
tem monstruosum, sex cubitos & palmum habentem, vno  
duntaxat lapidis ictu profligauerit. Vnde perbelle ipse  
met Psalmo cantauit: Non in tibi bene placitū erit Deo.  
Nihilominus rex fidelis animi celsitudine fulgeat, virtuti  
bus cunctis, tum theologiacis, tum etiā moralibus poleat,  
necessum est. Ne fortē dum multis imperat populis, deli  
ctis,

I. re.

inv oha  
cum  
alid

inv oha  
alid

I. re. 17.  
Psal.

## Prologus.

Etis, & sceleribus, quæ atrocius atque inclementius quouis tyrano animam cruciant, ipse mancipium sit. Quid obsecro iuuat, Barbaros fortiter superasse, exterarumque gentes nobili triumpho profligasse, si a vesana ira, improba gula, lethaliq; voluptate, princeps vincatur? Sæcius equidem & longe salubrius est, affectibus proprijs, quam orbi vniuerso dominari. Nec aliò pertinet illud celeberrimum Salomonis dogma: Melior est qui dominatur animo suo, ex pugnatore urbium. Enimuero, nemo tam est rudis, aut stupidus, cui non perspicuum sit, altiore esse victoriam, nobilioremque triumphum, manus cum inimico domestico, & infestissimo aduersario conferere, effrenes motus, tum retinaculo sanctæ fidei, tum vero, rationis gubernaculo cohibere quam vniuersa terrarum climata, propriæ ditioni subiugare. Ecce præcellentissime Rex ecce scopus, in quæ opera nostra, quæ ut lacunq; est, tendit: En finis non frustra neus, quem regalis institutio hæc, maiestati vestræ dicata, venari vehementer cupit. Principem christianum instituere decreuimus, reges orthodoxos erudire conati sumus: nã huius rei cura, in omnibus libris edendis, prima sit oportet: Quandoquidẽ optimus Deus, sic omnia graphice sua sapientia digessit, sic cuncta in ordinẽ mirum redegit: vt in cælo angeli angelis, in terra vero homines hominibus præfint. Mira res, satisq; miranda, Rex omnipotens, qui attingit a fine vsq; in finem fortiter, subtili admodum, & stupendo artificio ita disposuit omnia suauiter.

¶ Quum ergo a rege, totius regni comoda, aut incommoda vel maxime pendeant, eiusq; arbitrio, populi compendia, atq; dispendia geri soleant: eam ob rem laborem hunc subire nos nullatenus piguit. Quauis libellus hic nihil sit, quam lucernam in meridie accendere, iuxta Grecorum vetus prouerbium. Ceterum ab ethica opusculũ hoc auspici sumus, de qua tractatus primus, quauis obiter differit: breuitatẽ potissime in omnibus seruantes: quippe qua intellectus noster suapte natura, maxime gaudet.

In se

Ordo vniuersi mirabilis.

Ordo huius libelli.



## Ad regem Philip pum.

In secundo autem tractatu, paulatim (ceu per gradus) ad al-  
tiora conscendimus: de œconomica, nonnulla indagantes. Deniq̃, de politica in tertio tractatu pro modulo nostro rimati sumus: Opus profecto tam arduū, tāq̃ difficile, vt supra vires nostras fuerit, nisi sumi numinis ope fulti, vocē illam cęlſtus allatam auscultaremus: Aperi os tuum, & ego adimplebo illud. Quis tam pusillus aut vecors, qui post hac despondeat animū, voce hac, omni mellita dulcedine suauiori, roboratus? Pollicitatio hęc magna, magno opere, constematū animum subleuauit, adeo vt quouis timore, tēdio ve reiecto, libellum hūc dictarē, & velut munusculum quoddā, non alteri, sed tibi regi inuicissimō, vltro dicarē. Afferant quidem, quotquot locupletes sunt, regi suo, auri & argenti innumera pondera: Defferant, qui diuitijs affluunt, lapides preciosos, gēmasq̃ vernātes: Ego autem pauperculus, in Cenobio inclusus, quid vnquā regię maiestati offerre queā, nisi lucubratiūculas meas, quippe quas nonnullas, in hoc paruo opere expēdi? Reliquum est, vt p̃clara amplitudo, & potestas tua, peculiare libellum hunc sponte accipiat, hilariq̃ vultu legat, & relegat: In quo proculdubio, prophetarum vaticinia, apostolorū oracula, sanctorū doctorum dogmata, necnō philosophorū dicta adnotatione digna, passim adinueniet. Quid plura? Literis memorię proditū est, tantā Cęsari legēdi fuisse auiditatē, vt inter euaginos gladios, tempore etiam ingruentis belli, sub puluinar Iliadas Homeri, noctu habuisset. Quod si ethnicus ille, tantō opere literis incubebat profanis: quid ni Rex fidelis, & sacrę fidei zelator strenuus, institutionē hanc, ex sacrarum literarum pennu desumptā, quocūq̃ ierit secū afferat? Faxit Deus optimus sua gratuita dignatione, vt regalis institutio hęc, maiestati tuę sit valde frugifera, & orthodoxis omnibus satis cōducibilis atq̃ proficua: adeo vt Christo Iesu opitulante, ex hoc fugaci, calamitoso, & labili regno, ad cęleste & perpetuum imperium, post exhalatam animam pater cęlestis, nos omnes transferat. Et quā optime valeat clementia tua (inuicissimē me Rex.

¶ Finis prologi.

Plal.

Pauper  
parua of-  
fert.

Cęsaris a-  
uiditas in  
legendo.

# Errata quæ huic

operi contigere.

- Folio 8. plana. 2. linea. 9. quæ lege qd  
fo. 7. pla. 1. lin. 14. potentu. lege po-  
tentatu.  
fo. 7. pla. 2. lin. 25. diuinis. le. diuitijs.  
fo. 10. pla. 1. li. 26. bellimus. leg. velli-  
mus.  
fo. 11. pla. 1. li. 15. honoris. le. honores.  
fo. 14. pla. 1. li. 26. nostræ. leg. nostro.  
fo. 5. pla. 2. li. 18. salertia. lege solertia  
fo. 18. pla. 2. li. 12. exteterit. lege exte-  
rit.  
fo. 18. pla. 2. li. 29. poetæ. lege poetas.  
fo. 19. plan. 1. lin. 29. quo orante. lege  
quem orantem.  
fo. 17. pla. 1. lin. 3. debeat. lege. debet.  
fo. 18. pla. 2. li. 23. fuciectus. le. subies-  
ctus.  
fo. 16. pla. 1. li. 12. vahementer. lege  
vehementer.  
ibidem. lin. 10. nonulus. le. nonnullis.  
fo. 21. pla. 1. li. 6. necessarie. leg. neces-  
saria.  
ibidem. eorum. lege earum.  
fo. 28. pla. 1. lin. 23. magna. le. magna.  
fo. 20. pla. 2. lin. 15. post habitit. lege  
post habitis.  
fo. 21. pla. 2. li. 6. penitus. le. penitius.  
fo. 22. pla. 2. lin. 17. enconomijs lege.  
encomijs.  
fo. 24. pla. 2. lin. 12. auferes. le. auferas  
ibidem. li. 13. scientia. le. scientiam.  
fo. 25. pla. 1. lin. 9. in ere. le. iure.  
fo. 27. pla. lin. 18. sunt. lege sum.  
fo. 26. pla. 2. lin. 8. istar. leg. instar.  
& lin. 32. affactim. adde. suis.  
fo. 28. pla. 1. li. 6. sanguinis. le. sanguis.  
fo. 29. pla. 2. lin. antepenultima. candi-  
datus. lege. candidatos.  
fo. 32. pla. 2. li. 14. vnite. lege vnice.  
fo. 33. plana. 1. vista. lege vita.  
fo. 35. pla. 1. li. 26. concertationem &  
contentionem. lege. concertatio-  
nes & contentiones.  
fo. 36. pl. 1. li. 14. apperte. le. appetere  
& lin. 17. difficilus. leg. difficilius.  
fo. 62. pla. 2. lin. 1. sublimor. leg. subli-  
mior.  
fo. 66. pla. 2. lin. 20. cuydado. leg. an-  
dado.  
fo. 68. pla. 1. lin. 20. su. lege. la.  
fo. 72. pla. 2. lin. 28. trabijam. lege tra-  
bajan.



# REGALIS IN-

structio, orthodoxis omnibus,

potissimè regibus ac principibus utilis, fratre Alfonso  
Orozco, sancti doctoris Augustini  
instituti autore.



## Reges omnes, regalis Prophe-

ta instituere vehementer nititur. C. I.



NUNC RE  
ges intelligite, e-  
rudimini qui iu-  
dicatis terrā. Ser-  
uite domino inti-  
more & exultate  
ei cū tremore. A-  
prehendite disci-  
plinam nequādo  
irascatur domi-  
nus & pereatis  
de via iusta. Ps. 2.  
Laudatissimi re-  
gis Davidis ver-  
ba hæc sunt, quip-  
pe quæ, ex psal-  
mo secundo non  
ab re nos desum-  
psimus. Quibus  
(ni fallor) sacer-  
rimus vates, pau-  
cis admodū reges omnes catholicos instituere magnope  
A re cona-

Psal. 2.

cis admodū reges omnes catholicos instituere magnope

A

re cona-

te conatur. Nullum non mouens lapidem, vt principes ad Dei summi timorem, eiusq; obsequiū pelliceat. Sed totius psalmi scopum, vel compendio subindicemus primo oportet, quò facilius ad institutum nostrum deueniamus. is itaq; sanctissimus rex, spiritu Dei afflatus, temeritatem iudeorum, Herodis & Pilati procacitatem, ante mille annos & eo amplius acutius cōtemplans, quum in cruenti hostes, nihil non fecerunt, vt saluatoris nostri Iesu vitam candidissimam atq; famā de terra deleterēt, quorū funesta vox illa est. Eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius nō memoretur amplius, zelo magno Propheta accensus, in hostes versutos inuehitur dicens: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: Astiterunt reges terræ & principes conuenerunt in vnum, aduersus dominū, & aduersus Christum eius. Idq; lucidius, tam Hebraica, quā chaldaica lingua habet aduersus messiā. Equidē postquā eos vehementer vanitatis & temeritatis redarguit, (vt par erat) ad exhortationem piam sese conuertens, & velut apostrophē faciens, monet eos ad salubrem pœnitentiam quamprimū conuolare, & christianę doctrinæ, atq; iugo suauis euangelicę disciplinæ se submittere. Ne forte potētissimo iudice Christo Iesu aduētante, pœnas cōmeritas luant, pereantq; de via eterne vite, cōfestim in teterrimū barathrū descendentes. Talis est huius psalmi scopus, & huc tēdunt omnia quę in eo narrātur, quemadmodū beati Augustini venusta expositio patefacit. Animus tamē nō fuit, eundā, quę in hoc psalmo archana delitescūt, examus in explanare, tametsi nonnulla obiter posthac dicemus.

¶ Attentos sanē, dociles ac beneuolos, omnes principes, necnō quosuis fideles reddere debet, tū præcellentissimi regis Dauid dignitas, cuius frugifera, atq; satis salubris institutio hæc est, tum etiā verba cœlitus allata quę nuperri me, ex orētati vatis prophetæ audiuius. Quādoquidē, non Aristotelis argutiæ, nō Platonis subtilia dogmata, nobis proposita sunt, quę nimirū sola indago nostri intelle-



ctus inuestigare, & comprehendere potest. Summi numi  
nis eloquia sunt, ac proinde salubria, omniq; dulcedine re  
ferta, & valde animabus nostris frugifera. Nonne psalmo  
graphus is est, de quo dominus ait, inueni virū secundū cor  
meū? An non hic est, quē Samuel domino opitulante, ac  
iubēte, in regem israel benemeritum vnxit, nō modo fra  
tribus eius maioribus natu, verū etiam Saule superbo, qui  
tūc regnabat reiecto? Nēpe cytarēdus noster, ad dō sapiens  
fuit, vt de se ipso (nec iactanter) ipse dixerit. Super omnes  
docentes me intellexi, quia mandata tua quęsiui. Et iterū,  
Incerta & occulta sapientię tuę manifestasti mihi. Quas  
ob res intentissimo corde tā eruditissimū magistrum, re  
ges & principes terrę auscultent, verbaq; eius tot misterijs  
exuberantia quot literis proferuntur, mordicus teneant, suo  
& pectori altius insigere studeant. Verum si ea corde can  
dido gestare decreuerint, diu noctūq; ob oculos habere vo  
luerint, non tātum se ipsos optimē gubernare, sed domos  
suas rectē moderari, & regna, quibus imperant seruare, at  
q; ampliare facillime poterunt.

¶ Summa. En breui compendio viam aperuimus eo  
rum, quę dicenda sunt, Christo Iesu opulante. Proœmium  
orationis, vt philosophus docet. 3. Rhetoricorum, ve  
lut præludium est in fistulis, quo auditores, attentos, doci  
les, & beneuolos reddere oportet. Regalem hanc insti  
tutionem domino suffragante, triplici tractatu absolue  
mus. Primò qualiter reges intelligere deceat tractabi  
mus, de ethica siue monastica vita differentes, ita vt fidelis  
quisq; sese regere sciat. Quę res non modo ad principes,  
sed ad omnes orthodoxos attinet. Secundo autem, de œco  
nomica non nihil dicemus, hoc sane ad gubernationem do  
mus priuatę conducit plurimū. Tertio deniq; aliqua  
principibus & regibus conducibilia adducemus, de poli  
tica pertractantes, quatenus regnorū suorum guber  
nacula (vt fas est) teneant: faxit optimus deus, vt hæc om  
nia rectē, vtiliter, ac foeliciter persoluamus, ita vt omnes

Actu.

Psal.

Psal. 50

christo Iesu regi nostro seruiamus, eiq; intimore exultemus trementes. In cuius conspectu, tum omnes Cherubin, tum Seraphin, indefese collaudantes, iure optimo trepidant atq; pauescunt.

## Magestas regalis, maximè sapientia pollere debet. C. 2.



Nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram. psal. 2. Nihil est tam rationi nostrè cõsentaneu, quam vt sapientia & intellectu præcellentior sit, qui alios dignitate & autoritate excellit. Alioquin illud profecto eueniet, quod saluator noster ore suo benedicto principibus phariseorũ quõdam dixit. Si cecus cecũ ducit, ambo in foueã cadent. Verũ misterio non vacat, quod de Saule Sacra testatur historia, is in regem electus & oleo unctus, superabat populum ab humero & sursum. Quo inuolucro, Deus optimus regibus indicare voluit, qua virtute & prudentia, & fortitudine, populos sibi cõmissos excellere debeant. Nèpe princeps in regno, nõ secus se habet, atq; nauta in nauì, vndiq; æquoris procellis sequentibus. Quippe qui si artè nauticã nesciat, subinde in scopulos impingit, quibus frangitur atq; submergitur. Quod elegãter sapiens nobis palã facit. Rex insipiẽs (inquit) perdet populum suũ. Mira res insipientia principis, tam est exitialis populo, vt eum destruere, ac prorsus perdere valeat. Rei huius maximo nobis argumento est, regis Roboam Salomonis filij inscitia. Qui iuuenum cõsiliũ sequutus, senum verò salubria monita spemens, omne fere imperium dissipauit. Ita vt decem tribubus rebellatis. due dũtaxat, Benjamin videlicet & Iuda, illi obedirent. Ad hæc Nabucdonosor superbia, qui ore improbo se Deum appellare non erubuit, mirabile dictu, septenio è regno eiectus, & cum bestijs herbas car-

I. re.

Ecle. 10.

Danie.

pens



pens, in agro scalenti deguit. Atqui dum redditus illi fuit sensus, & Deum cæli & terræ magnificauit: pristino imperio restitutus est. Mitto nunc Senacheriht insolentiam, quippe quæ eò demetic deuenit, vt regem cælorum blasphemarit. Quamobrem eius ingens exercitus nocte vna perijt angelico gladio peremptus. Ad eundem modum Pharaos velanus, tot cuneis atq; curribus stipatus, maris rubri vnda obuolutus, perijt insipientia sua excæcatus. Ecce quatum veritatis habeat sapientis admirabile verbū: Rex insipiens dissipabit populum suum. Veruntamē quatum compēdij, rex sapiētia pollens, populo suo adferat, nunc videamus.

¶ Rex sapiens populi stabilimentū erit. (Ait Salomon) Verum, vt insipientis principis monarchia, breui admodum labe factari solet, veluti pleraq; exempla nos dilucide nunc docuerunt, ita regis sapientia tam est potens: vt populus roboratus, & vehemēter stabilitus, in eum permaneat. Quid plura? Deus optimus, non tantū temporarium regnū sed æternū regi sapienti pollicetur. Cōcupiscentia itaq; sapientie deducit ad regnū perpetuum. Ait Dominus. Obserua singula præcor, nam pollicitatio hæc, omnibus electis Dei facta est. Planè si quis fidelis sapiēter se habeat, quæ rationis sunt & non carnis sectans, si quæ sensibus rudibus placent abhorreat, monarchiæ suæ principatum prudenter moderatus fuerit, corpus suum terreum orationibus & vigilijs, crebrisq; ieiunijs castigarit, nec non & domesticū hunc tyranum spiritui subegerit: is haud dubie vt fortis athleta, regnum possidebit æternū. Non aliò attinet, quod post beatū baptistā saluator ait. Pœnitentiā agite, & appropinquabit regnum cælorum. Cui sententiæ alludit illud Apostoli. Non regnet peccatum in mortali corpore vestro. Quod est dictū: Quauis vt fragiles & vestra parte natura infirmi aliquando tentatione ingruente succumbatis, summi Dei gratia freti, extemplo ad asyllum pœnitentiæ confugite: lacrimis & exomologesi delicta ante acta abluite: sanctissimi regis David, nec non beatissimi Petri exemplo com

Gene.

Sapi. 6

M athe

plo commoti, ne Sathanas, qui rex super omnes filios superbię iure appellatur, peccatorum pessima consuetudine, in corde vestro roboretur & Diu regnans, tyrannidem in vobis exerceat.

Nota.

¶ Summa. Paucis quę dicta sunt recolamus, regemq; Salomonem, perbellę regibus cunctis loquētem audiamus. Ad vos 0 reges sunt sermones mei (inquit) vt discatis sapientiam, ne excidatis. Si ergo delectamini sedibus & sceptris, 0 reges populi, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis: Sapientię 6. O verba pulcherrima, quauis mellita dulcedine plena, verba (inquam) omni annotatione dignissima, quę vel sola, ad principes instituendos sufficerent, si petori suo insculpta gestarent. Si vobis preesse placet, non pigeat obsecro pro virili, sapientiam vendicare. Si deniq; aurea sceptrā, & regalem coronam ferre delectat: lubeat precor quouis studio iugiq; labore, scientiam ad moderanda regna comparare. Ad vos ergo reges sese vertat oratio mea: sapientiam discite, ne forte excidatis toto cęlo errantes. Hanc mirabilem sapientiā vnusquisq; nostrum vltro queritet, pro hac indefesse laboret. Ne fortasse populū peculiarem, animę potentias, & corporis sensus dissipet: quin etiam in cęlis preemitter regnet, infestissimis hostibus superatis.

Qua sapientia, regalis potestas emicare debeat. C. 3.



Ex Salomon sapientior erat cunctis hominibus. 3. Re. 4. Non vulgari sed magna attētionē opus est, eò quod rem satis arduam agressi sumus, Regem volentes erudire, sapientia & cunctis virtutibus preeditum, qui iubaris instar, totius regni climata perlustrare, atq; irradiare queat. Hactenus, & si curi m, quā fit populo conducibilis princeps sapiens, pro modulo nostro



stro patefecimus: Salomone dicente, Rex sapiens, stabilitatem populi est: At contra. Rex insipiens dissipat populum suum. Nunc opere pretium erit ostendere, quænam sit hæc sapientia, qua nedum rex ipse, sed quisque nostrum indiget. Equidem sapientia isthæc, non ea est, qua Astrologi planetarum cursus, aut cælorum circulos cõtemplari solet. Non quidem terrarum varia climata, nec arborum aut herbarum virtutes abditas, sapientia hæc considerat: Imo (vt Platonis vtar sententia) Sapientia, maximè omnium, diuiniõris cuiusdam virtus existit, & vim suam nunquam amittit. Et rursus: Nemo foelix esse potest, nisi sapientia fulgeat, bonusque sit: nam sapientia affectibus dominatur. Mira res satisque miranda, quam ex ætate & perpulchre, ethnicus hic sola rationis scintilla illuminatus, de sapientia loquutus sit. Nos vero tanquam fidei præclare radio perlustrati, è sacrarum literarum penu, potissimum, virtutem magnam sapientiam suam dere conabimur. Quoniam non quemuis principem, sed si delem hortari, ad docere decreuimus. Ne hoc, eò dixerim, vt penitus execranda sint Philosophorum dogmata: quum expoliare ægyptum, Dominus, ipse nobis præcipiat: aurum eius argentumque, hoc est scientiam & eloquentiam, ab eis vendicare, & quod nostrum est de manibus eorum arripiamus, tanquam ab alienis possessoribus. Id quod sanctus Augustinus, & diuus Hieronymus sepissime, tum verbo, tum exemplo nos docent, nonnullis sapientium, absque Christo sententijs vtentes. Quin etiam sanctus Paulus non semel, sed ter, ethnicorum dicta protulit, veritatem non abhorrens, quamuis ore infidelium prolatam. Sed cum sacra scriptura longè vberius, suauius, atque perfectius, hominem erudiat, & in foelicissimam, & perpetuam vitam deducat: fas erit ex ea, velut ex regali arce, arma munissima, contra hostes nostros accipere. Sed eò redeamus, vnde digressi sumus.

¶ Rex Salomõ sapiëntior erat omnibus hominibus, quippe quæ spiritus Domini affluentissimè sapientia repleuit.

Sapi. 6  
Eccl. 10.

Li. 7.  
Reipu.



Regalis institutio

Hæc pretiosa gemma est, de qua scriptura testatur: Vtilior est sapientia cunctis diuitijs. Imò si ei omne aurum argentum uè conferre uolueris, arena exigua, & nullius momenti, omnia apparebunt. Plane hæc est, quæ os mutorum, miro quodam pacto, aperit, & linguas infantium, statim disertas facit. O mirabilem virtutem, & toto cordis desiderio affectandam, quæ sic clara est, vt nunquam marcescat. Sic potens, vt omnia (quamlibet fortia) potenter vincat. *Fœlix* qui cum salomone dicere valet: Hanc amaui a iuuetute mea, & quæsiui eam sponsam mihi assumere. *Quid* plura? *Platonis* mirabilis sententia extat, quæ mirum in modum sapientiæ encomia patefacit. Sapientia, inquit, ipsa est fœlicitas. Et iterum. Sapientia, omnibus in rebus, fœlices nos facit. *Quid* mirabilius de sapientia dici potest, quàm quod fœlices eos efficiat, qui eam possident: Nepe sapientia, quocumq; homo ierit, ceu fidelis amicus eum committatur, imò vt a secla fidelissima animam nunquam deserit, sed ei fortiter adheret. Huc quidem pertinet quod beatus *Hieronymus* contra *Iouinianum* scribit. *Sapies* nunquam solus esse potest, habet tecum omnes qui sunt, quicq; vnquam boni fuerit, & animum liberum, quocumq; vult transfert. Quod corpore non potest, cogitatione complectitur: & si hominum inopia fuerit, loquitur cum Deo. Nūquam minus solus est, quam cum solus fuerit. Expende precor cuncta huius eximij doctoris verba, sūt plane annotatione digna.

¶ Cæterum, vno verbo sapientiæ laudes nunc complectar, quippe quam, *Abisac* illa pulcherrima, vxor & virgo, atq; regis *Dauid* sponsa, ad fabrum præsignauit. Mira res satiq; stupenda, rex *israel* senio confectus, & septuaginta annos natus, *Abisac* amplexibus duntaxat calefiebat. Quo intelligamus, & certo certius habeamus iuuenibus thesaurum preciosum fore sapientiam, senibus autē delicias esse mirabiles, quas nemo pro dignitate fari queat. Ad hæc filius *Dauid* *Salomon*, patris sui gesta nūc exponat, & Rex pacificus

Sapie 10

Plato  
in thi  
meo.

Lib. I. cō  
tra iouini  
anum.

nota.



cificus, bellatoris regis, referet castos amplexus. Posside sapientiam, ait posside intelligentiam, Circunda illā, & exaltabit te, honora illam & amplexabitur te, vt det coronam gratiarū capiti tuo. Corona deliciarum proteget te. Enimuero singula explanare minime vacat: Sat sit ijs verbis exploratum habere, quod alijs virtutibus in senibus de crescentibus, vt sunt ieiunia, vigilæ, (& alia id genus multa) sola sapientia crescit. Quod diuus Hieronymus, ad nepotianum, miro describit eloquio. Sed iam artem sapientie adipiscendę, prò virili nostra, palam faciamus.

## Quonam modo Reges thronum sapientie obtineant. C. 4.

**S**tude sapientie, fili mi, & lætifica cor meum, pro. 27. Parui refert virtutem laudare, eamq̃ encomijs efferre, nisi viam & methodum virtutis adipiscendę quis indicauerit. Quid obsecro iuuat sitienti, pellucidum fontem, in acumine montis, digito ostendere, si semitam, qua ad fontem itur, quis non demōstret? Sanè pro exiguitate nostra virtutem sapientie, non nullis præconijs eueximus, nūc vero ratio depostulat, vt viam ostendamus, hęc præeclentē virtutē capere volentibus. Eā ob rem Salomonis sapientissimi monita nō oscitanter audiamus: Stude prudentie, fili mi, & lætifica cor meū, vt possis exprobranti respōdere sermonem. En consilium insigne, toto pectore amplectendū, quo Salomō, nos excitare nititur ad verā sapientiā coparandā, paterno affectu clamās: Stude fili mi: Quod perinde est ac si diceret: Sedulo vigila, toto conatu labora, ne in re tæseria, te oscitanter habeas. Caue lautæ mensę, somno, alijsq̃, corpusculi huius subsidijs, plus iusto indulgeas. Si quidē sapientia in animā maleuolā non introibit, nec in corpus

A v subditum

Iob. 28.

subditū peccatis. Nunquid præciosum ballamū in quod  
uis vas diffunditur? Fas quidem non est, vt sapientia omni  
balsamo præstantior, in lutulento, a cæpsimo corde repo  
natur. Vis ergo cælestem sapientiā possidere mentē ab om  
ni spurcitia ablue, fugantia et peritura bona hæc parvipē  
de, & confestim sapientiæ thesaurum adinuenire quibus. Sa  
pientia vbi inuenitur (ait sanctus Iob) & quis est locus in  
telligentiæ? Nescit homo pretium eius: Non inuenitur in  
terra suauiter viuentium: Abissus dixit non est in me:   
mare loquitur non est mecum: Nō datur aurum obrium  
pro ea: & paulo post: Trahitur autē sapiētia de occultis:  
abscondita est ab oculis omnium viuentium. Verum bre  
uitas nostra non patitur exactius singula prosequi: Sat fu  
erit agnoscere, quōd nec in mari turbido, ac fluctuago mū  
di huius, nec in abisso profūda cuiuslibet peccati sapiētia  
vera est, sed ruditas & ignorātia misera. Neq; in ijs, qui vo  
lupratibus habenas laxat. Quāobrem non in terra suauiter  
viuentium sapientia adinuenire asseruit: Quin potius insi  
pientia & stultitia ibi abundat.

Ethico. 7

¶ Aduertendum tamen est, quam logissimō Philosophi  
abfuerint a vera sapientia, quiq; cęcutientes sapientiæ fue  
runt expertes: ij dicētes se sapientes, stulti facti sunt. Ob id  
euauerunt in cogitationibus suis, teste Apostolo. Verū  
sapientia inter virtutes intellectuales adnumerantes, scien  
tia præstantiorē esse dixerunt. Nihilō secius sapientiæ acu  
men attingerē nō meruerūt. Mirabile dictū, quam mag  
na & subtilia, de Deo totius orbis opifice, de Angelis &  
animę immortalitate indagantes recensuerunt. Atqui su  
perbia inflati, Deum optimum non glorificauerunt, corde  
puro eum amantes: ideo infeliciter prolapsi perierunt. Sa  
pientia ex occultis trahitur, in viceribus terrę latitat aurū,  
& precordijs nostris Christus Iesus delitescit, in corde se  
abdere solet. Ingemiscamus scelera nostra lachrimis abluē  
tes, confiteamur flagitia nostra, sanctam absolutionem a sa  
cerdote supliciter accipientes, pœnitentiam nobis iniuctā,  
quam



quam citissimè adimpleamus, & sapientiã de oculis trahere poterimus. Hinc beatus Hieronymus ad Paulinũ ait: Dei sapientia Christus est, de quo Apostolus clamat: Prædicamus Christum Dei virtutè, & Dei sapientiã: Et alibi, in quo sũt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Sane Archanum hoc Plato nesciuit, (alioqui doctus) & Demosthenes eloquentia præditus ignoravit. Sicut scriptũ est: Perdam sapientiã sapientium, & prudentiã prudentium reprobo. Perdat vera sapientia falsam sapientiã necesse est, eò quod nulla societas lucis ad tenebras, Christi ad belial. Frustra Philosophi de virtutibus disputarunt, inquit diuus Bernardus super cantica, cum eas apprehendere nõ potuerint, ignorantes eũ, qui factus est nobis a Deo sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio. Sapientia, quã flagrantissimo affectu querere debemus, ea est, in qua, cælestis pater, totius mundi machinã cõdidit iuxta illud psalmi Omnia in sapientiã, hoc est in filio, fecisti. Hic trabea carnis nostrè indutus, carnis sapientiam destruxit, crucis patibulũ ascendens. Quid multa? Pestilentissimam Sathane & mundi sapientiam sapienter delusit, vbi suapte spõte mortem oppetens, mortem nostram superavit: & inferni spolia, sua potenti virtute accepit. Sed de his latius in libello, qui certamè bonum appellatur, tractauimus. Transeo illud sancti Augustini: Sapientiã est amor boni, sapor boni, a sapore sic dicta. Vere sapiens ille est cui res sapiunt vt sunt, non aliter.

¶ Sumat in dicã: Qui indiget sapientiã postulet a Deo, qui dat affluenter & non impropert. Quemadmodũ sanctus Iacobus admonet, qui scholã sapientiæ oratione esse dixit. Hanc toto studio, salertia, ac vigilantia queramus, Salomonis exẽplũ sectãtes, qui oratione sic placuit Deo: vt dormiens velut flumen inundãs, sapientia fluit repletus. Onos felices si de vno quocq; nostrũ eloquium illud dici cõtingat. Beatus vir, qui inuenit sapientiam, & qui affluit prudentia. Melior est acquisitio eius argenti & auri: primi & purissimi

Ser. 22.  
Supercãti.

Li. de spiri. & anima.

Pro. 3.

limi fructus eius. Fide integra, & charitate perfecta, in pe-  
ctore nostro Christum Iesum patris sapientiam perquiramus. Ut nos doceat quam sint amara terrena bona, & ob  
id penitus aspernanda. Quam denique sunt diligenda æter-  
na, que sursum nobis promittuntur, quamque dulcia, & totis  
visceribus affectanda.

## Reges tãquam ministri, Deo, optimo obediant. C. 5.

Vi de. S.  
Aguſti. li  
5. deciui.  
C. 19.

¶ Per me reges regnant & principes imperant: Sapi. 8. Sa-  
pientiæ viam breuem, quamquam obiter ostendimus, ora-  
tionem indicantes semitam esse, qua proculdubio ad ve-  
ram sapientiam deuenire possumus. Verum Salomone  
orante, Deus optimus affatim sapientiã illi impendit, Quã  
si ardentissimis votis, adipisci volumus: studiosos, vigilan-  
tes atque præcationi deditos esse oportet. Huic sanè studio,  
rex sanctus Dauid incumbens, orabat suppliciter dicens: Bo-  
nitatem, & disciplinam, & scientiã doce me, quia manda-  
tis tuis credidi. Seriem petendi considera, nam bonitatem  
primo, & disciplinam secundo, postremo scientiam expe-  
tit. Scientia seorsum absque bonitate inflat, Apostolo teste.  
Mira res, quam frequenter regalis Propheta sapientiam a  
Deo postularit. Alibi clamat: Da mihi intellectum,  
ut discam mandata tua. Et iterum: Intellectum da mihi  
& viam. Nos verò tam præclarum donum obnixè pe-  
tamus, amœnam viam ac omni suauitate plenam gra-  
dientes, diu noctuque præcantes Christum Iesum, qui sa-  
pientia patris est. Hoc sacrificiũ laudis iter est, quo Deus  
nobis ostendet salutare suum. Hæc suffitus gratissima Deo  
est, quæ sua uolentiam, cælum penetrantem spirat. Spõ  
so ipso testante & dicente: Odor vestimentorũ tuorũ, sicut  
odor thuris. Verũ, quia seruo non sufficit Dominũ suum  
semper & ubique laudare, nisi mandatis eius supplex obti-  
neret: clamat rex regum & Dominus dominatum & ait  
Per me

Pf.

Canti.

Pro. 8.



Per me reges regnāt & principes imperant. Has non erit post hac, vt reges de sublimi sua dignitate blandiantur sibi, aut supercilio efferatur, vbi dominum per os regis Salomonis pertonantem audirent, ministros tanti Domini, se esse: non dominos. Quid obsecro subindicat hoc verbū, per me reges regnāt, nisi quod alibi scriptum est. Ego Dominus & non est alter? Ego totius orbis auctor sum, ego veluti cœlorum astra: & terrę elemēta cuncta, suade natura profitentur, Dominus dominantium sum. Ego qui nullius adminiculo, adiutorio uē egeo, vtpote omnipotēs in cuius ditione omnia sunt posita. Mea quidem sapientia vt immēsa & ineffabilis est, attingit a fine vsq; ad finem, circummit omnia, inuisibilia cuncta, & visibilia cōtinet. Nilominus disponit omnia suauiter, Angelorum potentu Angelos, & regum ministerio homines gubernans. O suauitatem mirabilem, O stupendam summi Dei dulcedinē, Deus vt causa prima seorsū omnia potest, Philosopho te stāte, & causis secūdis dignatur vti, ac si eis indigeat. Quorsum ita disposuit Beneficus ac omnipotens ille pater: Nepe, vt multiformis eius dignatio, suauitatisq; amplitudo elucescat, & creaturas quas gratuito cōdidit maximo prosequatur honore, vehementer easq; magnificet. Quod per venuste, sanctus Augustinus libro de Trinitate suadet. Sed nos ren hanc penitus considerantes, rationem non vulgarem adducamus. Quis adeo demens qui non fateatur, non modo ad ordinem regni atq; perfectionem, sed ad ministrorum dignitatem pertinere, vt rex ministros executores habeat? Quin potius ordine ministrorum regia potestas clarior efficitur. Quod diffusius Sanctus Doctor tractat Prima parte. q. 103.

¶ Faceat iam Platonis sentētia iure optimo explodēda, non trifaria est prouidētia, Dei (videlicet) Angelorū & demōnū. Omnipotens deus immediatē cuncta gubernat, quāuis suapte sponte, causis vti velit ad mundi gubernationē. Causa prima (ait Arist.) res creatas regit omnes. O laudanda

Pro. 8.

Lib. 3.  
de trini.P. 1. q.  
103. ar. 6.



Regalis institutio.

danda, & toto nisu veneranda, summi numinis largitas. O dignatio modis omnibus diligēda. Deus opt imus sua presentia, essentia, & potentia ubiq̃ est, ipso dicente: Ego cœlium & terram impleo: veruntamen Angelos Angelis, homines hominibus præesse, instituit. Mirabile dictu, quod principes terrę, necessitate urgente, ad regna sua moderanda facere consueuerunt, ministros eligentes: id Deus omnipotens, non necessitate, sed munificēcia & bonitate sua commotus, in moderandis atq̃ tuēdis regnis dignatur efficere. Omnes ergo primates terrę oculos in cœli eleuātes, dominum procliuo genu adorantes cum regē Persarū Cyro clamant: Omnia regna mundi dedit mihi dominus Deus cœli: Quid ni fideles reges, iugiter id profiteantur, quē ethnicus ille, verba mirifica hæc palā deprompserit: quis obsecro imperator, ubiq̃ sui regni præsens, non ministros & executores abhorrens seorsum populis dominaretur: Verū Deus (qui charitas ipsa est) logissimē ab inuidia abest. Nouerat hoc qui toto cordis affectu clamabat. Tu domine es rex meus, & De⁹ meus. Quam vocē omnes reges depromere ubiq̃ maximē decet. Tu domine rex omnipotens, ego autē minister indignus, tu Deus omniū creator, ego verò vermiculus humi reptās, & exigua creatura. Veh qui cum Pharaone aiunt, dominum non noui. Nepe dominum ignorat, qui mādata eius siccipendunt, qui diuinis hiniant, & honores voluptatesq̃ affectant. Sed vesanus rex, qui adhuc viuens, dominum Deum non nouit, & illi parere renuit, Adamante durior factus, æquoris vnda anxius, atq̃ perēptus, cōfiteri eius potentiam fuit coactus: idq̃ iure optimo.

¶ Confitēamur ore & corde, Christū Iesum, regē nostrū fore, a quo cuncta accepimus, quę possidemus. Quid habes quod non accepisti, & si accepisti, quid gloriaris, quasi nō acceperis? Diuitiarum possessio intellectus & rationis imperiū, & quicquid aliud habemus, ē manu regis nostri susceptum. Ipse ex nihilo nos creauit, roseo cruore suo nos

emit

Danie.

Pl.

Gene.



emit, & plerumque donis gratuito nos ditare dignatus est. Quid, homo putredo, & cinis superbis: Cur ita, legem tanti regis contempnis, & suavi eius iugo non colla submittis? Si ego dominus, ubi est timor meus? Si ego pater, ubi est amor meus? Ait celorum rex. Hunc obsecro, tanquam dominum timeamus hunc, velut munificentissimum patrem candido diligamus pectore, ut cum ipso in perpetuum regnemus.

## Regiæ maiestati maxime expedit finem suum scire. C. 6.

**H**abetis fructum vestrum in sanctificatione, sine vero vitam æternam. Ro. 6. Nihil (ut ingenuè fatear) conducibilis, vtiliusque, regi fidei obtingere potest, quam si ob oculos, sepe & ubique, mercedem commeritam, & suis laboribus, a Deo promissam habeat. Quippe quam non modo ipsi, qui bene præfunt, sed cuilibet Athlete Christi, legitime certanti re promissa est. Talis sane, tamque felicem finem orthodoxorum sancta opera vendicabunt, si domino (ut ius est) serui- rint, eius gloriam & honorem affectantes. Fœlix & nimium fœlix, qui tam præcellens brauium diu noctuque in cogitatu verbo & opere, veluti pulcherrimam imaginem, sacrumque simulacrum gestauerit. Finis namque noster, citra cælum positus non est, eo quod homo suapte natura, summi numinis imagine fuerit insignitus. Non itaque beatitudo nostra in hac valle lacrimarum, tot calamitatibus plena, non in hac morientium humo, spinas & tribulos proferente sita est, sed in cælo ubi terra illa omni desiderio appetenda (que uiuentium a Dauide appellatur) collocata, & promissa fuit. Verum rationalis creatura, qualis est homo, felicitatem habere nequit, nisi in vniuersali bono, quod deus est, in quo (cæu in vastissimo oceano) cunctorum bonorum rationes existunt. Fauet nostre assertioni, quod sanctus Augustinus per

S. Tho: 4  
d. 49. q. 2



ps.

nus per pulchrè, dixit. Fecisti nos domine ad te, & inquietū est cor nostrū donec, requiescamus in te. Cui ab simile nō est, illud David Prophete. Satiabor dū apparuerit gloria tua. Mirabile dictū, statue hominē, cui sint, regis Cresi diuitiæ, Absalonis mira pulchritudo, Alexandri potentatus stupendus, in cuius conspectu terra omnis siluit. Is sanè esurie & siti cruciabitur, & angore vehementi anxietus viuet, donec, ad pacatissimū gloriæ cœlestis portum perueniat, essentiamq; diuinam videat, sicuti est. Ecce signum in quē omnes actus nostros velut sagittas dirigere oportet. En mirabile brauium, quod electos dei expectat, delitiæ nō perire vnquam, quibus affluent beati.

1. Io. 3.

Lib. 2.  
Metha.

¶ Ad hæc cum finis nō modo dicat, quid vltimū, sed quid bonū (vt. Phs. inquit. 2. physicorum). Imo finis & bonum idem sunt (vt alibi ipse asserit) perspicuū est, vt qui malè agunt mala cōsequantur, qui verò bene, bona adipiscantur oportet. Eas ob res felicitas, exhibēda non est, nisi legitimè certatibus, & fide, spe, & charitate, legē summi dei adimplentibus. Dicente domino. Si vis ad vitā ingredi serua mā data. Et rursus. Qui fecerit voluntatē patris mei, ipse intra bit in regnū cœlorū. Aristoteles narrat, quod in olimpia nō fortissimis corona dabatur, sed agonizatibus, hoc est actu certatibus. Quidni orthodoxos insudare oporteat, vt incorruptibile, & immarcescibilem gloriæ coronā accipiant? Equidem si hunc finē præstituamus, & ab illo oculos fidei nunquā desectamus, si instar gubernaculi, quo naus feros fluctus scindit, scopulos fugiēs, ad portum appellit, ab hoc felici fine oculos non moueamus: fas erit, vt ex electione omnia bona agamus. Nemo non scit, ea que ex electione fiunt, spontanea esse, ac proinde meritoria. At contra que voluntaria nō sunt, meriti sūt expertia. Id quod Aristoteles non tacuit. Ethic. 3. Per ea que nobis in sunt a natura, nec laudamur nec vituperamur. Et iterum. Nullus est beatus nisi volēs. Nūc satis pulchrè dictū est. Virtus habitus est electi uis, in mediocritate consistens. Ethicorum. 2. Vnde pala est, ope

1. Ethic.



est, operationes quibus finē assequimur, ex electione & voluntate cōsurgere, alioquin actus nostri nō essent. Sed de ijs satis.

¶ Tertio delectabiliter agamus bona, quę ex electione cōsurgunt oportet. Haud sufficit bona agere, sed bene: non iusta operari sat est, sed iuste; quod Dominus in lege veteri perspicuē ostendit: iuste (inquit) quod iustum est exequeris. Quam sententiam. Phs. 2. ethicorum repetit. Hęc omnia, agnitio finis nostri operatur in nobis. Primo affectum mouet vt bona operemur, legem Dei impletes. Secundo vt lubentes & ex electione ea faciamus sua det. Iuxta illud David Volunturiē sacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine, quoniā bonum est. Tertio deniq; foelicitas nostra, quam intuemur, velut finem, vt delectabiliter operemur efficit. Quod pertinet illud Apostoli: Superabundo gaudio in tribulationibus meis. Mira res tribulatio ipsa, quę maximē inuisa est nobis, & carnem nostrā infestare solet, hęc suauitate plena diligentibus Deū efficitur, vbi finem optatum spectat, & cum beato Paulo clamant: Non sunt condignę passiones huius temporis ad futuram glariā, quę reuelabitur in nobis. Huc pertinet dictum illud Christi Iesu, siue paradoxum: Beati eritis cum maledixerint vobis homines & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduersus vos: Gaudete & exultate, quia merces vestra copiosa est in cælis.

¶ Ceterum. Si tantum compendij adfert cuiq; nostrum, suum finem & foelicitatem scire, in quam omnes actus dirigat: maximē id maiestati regali expedit, quippe quę in omnibus suis gestis, communem bonum querere debet, quod præcellentius & diuinius est quouis singulari bono. Né peni si spe beatitudinis æternæ alios gubemet, peculia re bonum & non commune queritabit in omnibus, quod non regis sed tyrāni opus est. Adde quod rex subditorum suorum est directiuus, & veluti sagittarius in signum destinare solet, iaculis ipsis nescientibus: sic rudes & populares

B homines,

Pr.

Mathe. 5.

Mathe.



homines, per principem sapientem, in virtutem, & obsequium diriguntur. Quia obtem, in sacra scriptura nusquam non reges pastores appellantur: Quia etiam rex regum Christus Iesus sese pastorem vocauit: Ego (ait) sum pastor bonus, & cognosco oues meas, & cognoscunt me meae. Nonne Saul & Dauid pecudum custodes, opitulante Deo ad regale sceptrum sunt asciti: Quod principes fiduciam ac ministerium suum agnoscant, & regnum suum (ut par est) dirigant, pascant, & tuteantur. Vides quoniam pasto, vel maxime regi conueniat agnoscere suum finem: ut se ipsum & populum gubernare valeat: Atque in obeundis quotidianis laboribus, & innumeris curis perferendis, aeterni premij spe roborati infracto animo se gerat, & nullatenus labatur & succumbat.

## Regem non decet, suam foeli

citatem in voluptatibus ponere. C. 7.

**R**ex non habebit mulieres plurimas quae alliciant animum eius, Deu. 17. Multa sunt quae, Deus optimus Israeliticis regibus praecipit quae (ni fallor) principem sanctum & iustum instituere possunt. Veruntamen qui praesunt, septem haec decreta, ex ore summi Dei profecta, altius pectori suo recondant, & opere impleant. Audiant omnes reges obsecro, primates cuncti legem auscultent, quam caelorum rex illis potissimum condidit: Imo tanquam lucidissimum speculum ob oculos semper legem hanc cernant: Quotidie regale opus letitent, quod manu propria Deus eis conscripsit: Certo certius scientes, quoniam durissimum iudicium fiet ijs, qui praesunt: neminem lateat verissimum illud esse: Potentes potenter tormenta sustinebunt. Terribile dictum, quantum veritatis comminantia haec verba contineat: Quum rex constitutus fuerit (ait Dominus) Non multiplicabit sibi aequos, nec ducet populum in Aegyptum, equitatus numero subleuatus: Non habebit uxores plurimas, quae alliciant animum suum:

Nec ar

Ioan.

Deuter.

17.



Nec argēti & auri immēsa pōdera. Post quā sederit in throno regni sui, describe tibi Deuteronomiū legis huius, in volumine accipiens exemplar a sacerdotibus, leuitica tribus: Et habebit secū, legetq; illud, omnibus diebus vite sue. Ut discat timere Deū suū, & custodire verba eius, & cērimonias, quę in lege sūt. Nec eleuetur cor eius in superbiā sup fratres suos. Nec declinet, in partē dexterā vel sinistrā, vt longo tēpore regnet super terra ipse & filij eius. Mirabile dictū, quot itatuta, quot sanctiones tā preclare a Deo sint regibus date, ne labi in vitia eis cōtingat, non lubet cūcta in hoc capite explanare, sed verba ea dūtaxat, quę principio pposuimus.

**R**ex non habebit vxores plurimas, quę alliciat animum eius. Frustra quidē est reuus miles, inimicos, qui lōgissime distant, expugnare nititur, aduersario domestico vincente, & superante. Ad eadem imaginem, quisquis mūdū, satha namq; profligare cupit, carnē suam reuellem, prius vincat oportet. Grauis profecto punga, iuge sane vellū est, cū corpore suo conferere, & fortiter cōfligere, nam in hoc congressu homo sibi ipsi reluctatur. Verūtamen ratio ipsa vnicuiq; indicat, candidiorem fore coronā, nec non nobilitatem esse triumphū, vbi maius bellum grauiusq; periculū inuenit. Vera & ingenua illa sancti doctoris Augustini sententia quotidie cōprobatur: Inter cętera christianorū certamina, maiora sūt prelia carnis: Vbi quotidiana est pugna, rara verō victoria. Verū horribile dictū, nisi de veniali culpa id bellum intelligere, quippe quā sepe numero tentatione carnis affectus homo cōmittit. Videas pro dolor quā plurimos in Christi Iesu populo, qui more pecudū vitam ducentes, voluptatibus vacantes, & cū improbis dicentes: Non sit pratu, quod non pertranseat luxria nostra. O ferū singulare, bincā domini depascentē, qui nec sexui nec etati parcere cōsueuisti. O ignem gehenalem, speciosa comburentem, de quo Propheta ingemiscēs ait: ignis combusit speciosa deserti. Tu principes ac nobiles exurere conaris, tu mentes sole candidiores & pulchiores, foedare niteris, atq; denigratas super carbones efficis.

B ij Ne ergo

REGI

S. Augu.

Piat.



Ne ergo tam pestilentissima lues, & exitialis morbus populum inuoluat: par erit, vt rex fidelis, continentię exemplar & castitatis specimen sit vniuerso regno. Non rex dux est populi, in quem oculi totius regni intendunt: is ergo si suapte voluntate, iniqua congregiente tentatione, velut inermis & vecors occubuerit: populus vestigia sui ducis sectans, stare aduersus vitia, quę animę hostes sunt, non valebit. Mira res vehementerq; miranda: plus suadent nobis exempla quam verba. Quam obrem saluator, nunquã non clamat: Exemplũ dedi vobis, vt quę admodũ ego feci vobis, ita & vos faciatis. Et iterum: Discite a me quia mitis sum & humilis corde. Vis agnoscere quod res ita habeat? Mortem regis Saul lege, & palam inuenies, plus per suasionis habere exemplum quam verbum. A Philistęis fauciatus in bello, iubet armigerum, gladium eximere, vt eum interficiat, ne forte philistin glorientur de hac victoria. Quod armiger vt iusserat facere noluit, timens tangere Christum Domini. Tandem Saule incumbente super gladio suo, Armiger vestigia domini sui imitatus, subinde sese interfecit, misereq; ambo perierũt. Vides planẽ, quãtum suasis seruo, regis sui exemplum nequam, quę verba vincere non potuerunt, gesta domini sui vicerũt, Mortẽq; sibi intulit armiger, quam maxime etiam animalium natura abhorret, abhominaturq;. Mira res: Saule tacente, tamẽ rem impiam patrante, seruo suo suasis, vt rem nefandam ageret, & omnino naturę nostrę reluctantem.

¶ Quo quidem regibus prelatiq; conspicuum sit, plus subditis, exemplis malis nocere, quã verbis. Hinc optimus Deus, huic malo infensissimo mederi volens: caueãt ab vxoribus plurimis, regibus præcipit, vt continentes sint & temperantię operam dare studeant. Continentię temperantiam Aristoteles iungit. 7. æthi corum, eod quod in cohibendis delectationibus tactus, vtraq; versetur. Tametsi continentiã ad temperantiã collata, velut imperfectũ ad perfectũ se habeat, vt sanctus Thomas exactẽ distulerit.

Satis

Ioan.

Arg. 2

22. q. 56  
ar. 4



Satis pulchre continentiae virtutem Salomon extulit, ubi ait: Non est ponderatio continentis animae: At contra nihil foedius execrabiliusque, quam in continetia, quippe quae homines nihilo Meliores efficit iumentis. Hos vehementer deplorans Propheta ait: Computruerunt iumenta in stercore suo. Singulatim considerata sunt, quae dicta fuerunt nunc. Homines iumentorum voluptates affectantes, tali tam in foelici nomine sunt digni: Quin etiam iumentis peiores esse comprobantur: quum peius sit assimilari, quam nasci. Nempe quo magis iniqua voluptas a veritate abest, hoc plus animum hominis mulcet, allicit atque inescat. Vequibus hodie contingit, quod de speculo Plato enarrat: In quo videti quidam, umbris perinde, ut ipsis rebus deletabatur. Quid obsecro delitiosa cibaria, mensa opypara, fallaces honoris huius labentis seculi, oblectamentaque omnia, nisi umbrę inanes sunt, in hac vita veluti in quodam speculo apparetes? Hasce umbras pro dolor, ceu pueri decepti, veras existimamus, hisque inhiantes, magnopere laboramus delusi.

Nonne hominum cecutientium vox illa infœlix est? Quid profuit nobis superbia, & diuitiarum iactantia, quid contulit nobis? Transferunt omnia illa sicut umbra, & sicut nuncius precurrens. Ecce post mortem umbras appellant, quae in vita, bona falso vocabant. Agite iam reges, moras rumpite principes terre: Nollite nunc diligere mundum neque ea quae in mundo sunt: transit velociter mundus nequam, & misera concupiscentia eius, ut experimento exploratum est. Veras precor delicias & caelestes querite, serias voluptates & non umbraticas diligite, temporarias vero a vobis projicite, quippe quae plus habent felis quam melis. Quandoquidem nihil est, quod magis Christiana philosophia horreat quam voluptuosam vitam: Nihil quod magis affectet, quam labores, & crucis Christi iesu erumnas, dicente Domino: Qui amat animam suam perdet eam, & qui perdiderit animam suam in hoc mun-

Li. 6. reip.

Sap. 5.

Ioa.

do, propter me in vitam æternam custodit eam. Cui sententię alludit Apostolus: Si secundum carnem vixeritis moriemini, si spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Sanè qui carnis lenocinia amat, in gehenam ignis incidet, perpetim flammis atroci simis cruciandus. Quam obrem abstineat oportet ab ijs vmbri reges quam occius perituris. Quid plura: virtus ipsa natiuam & peculiarem voluptatem habet, ob quam philosophi tanto pere virtutes dilexerunt. Castitas, & continentia, alięq; virtutes, non ne delectatione maxima plena sunt: Clamat Psalmogra plus: Inebriabuntur ab vbertate domus tue, & torrente voluptatis tue potabis eos domine. Quod plane, non modo de cælesti domo, sed etiam de præenti seculo intelligi oportet. Quis pro dignitate docere queat, quanta dulcedine, qua vè suauitate electi Dei, adhuc in hoc corpusculo uiuentes, Deum contemplantes, afficiantur? O vere decepti peccatores, o infelices, dementes, & stulti aliquando sapite: Vsq; quo graui corde nisi incluti: Vt quid diligitis vanitatem & queritis mendacium? Candidas delicias iam amantes, Christum Iesum toto pectore diligit: Qui totum se nobis impendit, qui dulcedine mirabili suos inebriat, qui torrente voluptatis sue electos faciat, qui nunquam nõ clamat vt pater beneficus: Omnes qui laboratis & onerati estis, venite ad me, & ego reficiam vos. Quid ijs verbis suauius, aut dulcius dici vnquam potuit. Laborantes compellat, vt quiescat: oneratos vocat, vt onera peccatorum tollat: fame scentes & sicientes accersit, vt reficiat satietq;. Veh nobis si aure surda tanti patris vocẽ per transeuntes, vmbas futiles sequamur.

Psal.

Psal. 4.

Methc.

Ratio nota.  
tanda.

¶ Paucis nunc palam faciam, in voluptate non esse felicitatem locandam. Felicitas est finis operationum nostrarum & est quoddam perfectum & per se bonum: corporis bona non sunt per se nec sufficientia bona, sed bona animæ: ergo in voluptatibus corporis beatitudo ponenda non est. Ad hæc, Ethicorum 1. Felicitas in bono



bono animæ consistit: delitiæ sensus nostri corporis bona sunt, in quibus cum brutis conuenimus: Itatum igitur est in illis fœlicitatem collocare. Quid, quod fœlicitati est proprium satiare hominem, appetitus verò carnis inatiabilis est: Quod adeo notius apparet, vt probatione non sit opus. Verum qui delectationibus vacant, ebrijs, aut dormientibus similes sunt: Philosopho teste s. ethicorum. Quamobrem princeps, qui populi caput est, immodicas voluptates & lege Dei prohibitas modis omnibus fugiat oportet: Ne fortè, more pecundum vitam agens pœnasuat æternas: momentaneum est quod delectat, æternum vero quod cruciat, velut factus Augustinus testatur. Paulo plus immorati sumus in hoc capitulo, scientes voluptatè belluam fore immanissimam, neminem non aggrediens & impugnâs: dicente Poeta: Trahit sua quenque voluptas. Faxit Deus vt non expugnet nos aut vincat fera hæc cruenta.

Vid. S.  
Aug. lib.  
5. de ciuij.  
cap. 20.

## Regem non decet, in diuitijs

fœlicitatem suam locare. C. 8.

**R**ex non habebit auri & argenti immensa pondera. Deute. 17. Legem primam a Deo conditam & regibus datam copiosius exposuimus quam animus erat, ne post voluptates suas principes vt belluæ currat, quin potius rationis gubernaculo, motus carnis effrenes coerceant: Ne forte vt rex iniquus aliquando dicant: Non prohibui cor meum, quin voluptate frueretur: Quiq; tacere non potuit, quominus deinceps clamaret: Adolescencia & voluptas vana sunt. Per belle hoc dictum est: quoniam adolescentiæ vitæ genus sic licentiosius agere solet, vt inania oblectamenta

Eccle. 2

Regalis institutio.

queritare sic studeat ac si in eis foelicitas sita esset. Nō hoc dixerim, vt me lateat, canos hominis esse sensus illius, & etatem senectutis vitā immaculatam, vt Salomō testis est. Sed heu quam rara auis in terra. Iosias vir sanctus, octo annos natus Israeli imperare cœpit, aras lucosq; pessimos audacter destruxit, magna patrus in populo, omnes stupeor tenebat; Alioquin sacra scriptura non diceret: Melior est puer sapiens rege sene stulto. Super est vt statutum secundum, ore Dei regibus datum, expediamus: Ne vt insipientes dum cyllam voluptatis vitare nituntur, in charibdim auaritiæ incidant, in diuitijs perituris foelicitatem suam ponentes. Auaritia quidem immoderatus appetitus diuitiarum est, qui tam in retinendo bona adeptus, quam in adipiscendo alienas opes adinuenitur. Nec vulgare scelus hoc est, diuitias plus e quo amare: quum apostolus idolorum seruitutē illud appellarit, & bene merito. O miserum, & bis quaterq; imō millies infœlicē hominem auarum, nempe quo nomine te appellē ignoro: Pecuniarum seruus es, & diaboli mancipium, qui teste beato Cipriano, quum possidere te putas, potius possideris, census tui seruus. Dormierunt somnum suum, ait Propheeta, & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. Obserua titulum execrandum auaris debitum: Viros diuitiarum eos vocat, eo quod auro & argento miserabiliter seruiant. O ingens piaculum, in quo homo suapte natura nobilis & imagine Dei illustratus, infimo bono se submittit. Huc quidē pertinet illud eccle. 10. Nihil scelestius auaro. Vt enim bona meliora sunt, quę anime pertinent: media, quę ad corpus expectant: sic externa bona infima comprobatur & parui momenti dicuntur. Ijs homo sua sponte se subdit, & diu noctuq; hac & illac debacatus, in seruit. Enimuero si sancto & eximio doctōri Augustino credimus, auaritia charitatis venenum est.

¶ Quamobrem saluator noster Christus Iesus vehementer auaritiā taxat, mammonā iniquitatis eam dicēs: Ratio: quoniam

Eccle.

S. Tho.  
22. q. 118.  
ar. 1.

Psal:

S. Tho.  
22. q. 118.  
ar. 5.



quoniã iniquitas est, quę aurum & argentum & alia id genus, diuitias putat, vt optime sanctus Augustinus asserit. li. 50. homil. Et iterum sic ait: Quo modo diuitię sunt, quę habentem minime faciunt? Quid plura? Athenienses quãquam barbari, Codrum regem suum vehementer venerati sunt, eo quod vili habitu, vt pauper se inimicis obtulit occidendum, ne ciuitas quicquam mali pateretur. Quare inter deos suos honorandum eius simulachrũ posuerunt. Inter Romanos Lucius Valerius, tãta inopia oppressus obiit, vt amici eius collectã fecerunt ad obsequias celebrandas. S. Augustinus libro de ciuitate Dei: Pudeat ergo christianostanta auiditate diuitias quęrere, vbi ethnici, contemptum diuitiarum sic dilexerunt. Vis agnoscere, quantum diuitijs crescentibus, cupiditas ipsa accrescat? diuitem avarum, quem saluator noster taxat, & stultũ vocat, intueri: de quo sanctus Basilius: Diues ille avarus, diuitijs abundas, horrea plena habebat, nõ autẽ cor. Ideo ingemiscẽs clamabat: Quid faciã, quia nõ habeo, vbi cõgregẽ fructus meos: Anxiati hominis vox est, nõ satiati: inopis gemitus, nõ diuitis: Et rursus, avarus voracior est igne, quiq; omnia vorare conatur, nunquam dicens sufficit. Hęc sanctus Basilius, & alia multa contra avaros alloquitur. Cui optime astipulatur beatus Hieronymus ad eustochium: Auaritię tibi malum est vitãdum, non vt aliena non appetas (hoc publice leges puniunt) sed quo tua, imò quę aliena sunt, non ferues: Dicete domino: si in alieno fideles nõ fuistis, quod vestrum est, quis dabit vobis? Aliena nobis auri argentiq; sunt pondera, nostra possessio spiritualis est: De qua alibi dicitur: Redemptio animę viri diuitię proprie. O quam est metuenda saluatoris nostri sententia: Non potestis seruire Deo & mammonẽ, hoc est Deo prestare obsequium & diuitijs impossibile est. Lingua syriaca, mammonẽ diuitię appellantur.

¶ Vtinã in ore nostro vox illa semper & vbiq; resonaret,

B v

quam

Valerius  
lib. ii.

Ser. 7.  
Indiuites.

S. basilius

Job.

quam serael vir iustus Iob emisit: Nudus egressus sum de utero matris meę, & nudus reuertar illuc. Cui sententię pulchre concinit illud Apostoli Pauli: Nihil intulimus in hunc mundum, nec auferre quid possumus. Quod verbum vel solum efficax est ad omnem auaritię flammam extinguendam, si toto pectore crederemus, credentesq; diligeremus ea, quę nobis pollicetur dominus Iesus in cęlis. Cęterum, non tantum sacra pagina auaritię taxat, sed philosophi omnes contemptum diuitiarum vehementer docuerunt. Vnde Aristoteles i. libro. politicorum ait: diuitię vel naturales sunt, vt vinum, triticum, iumenta & ijs similia: vel artificialies, vt aurum, argentum numismata, & omnes pecunię ex auro, argento, ereq; conflata. huiuscemodi diuitię, ad vsum nostrum ordinantur, fœlicitas vero est finis, & hominis bonum optimum: ergo in diuitiis non est ponenda fœlicitas: Imò beatitudo nostra est quid optimum, ideo in optimo nostro sita est, scilicet in bono animę. Ad hæc, fœlicitatis proprium est faciare, vt nuperrime tetigimus: diuitię potius sitim excitant, quam extinguunt: igitur in ijs opibus caducis, fœlicitas nullatenus est querenda. Pulchra sane fabula est, & non contemnenda, quam de rege Mida, Philosophus narrat i. politicorum: Qui vsq; adeo auaritię estu accensus erat, vt Deum obnixè oraret, quatenus quicquid tangeret, in aurum conuerteretur: quod quidem obtinuit: At quum cibum ori suo imponens, statim aurum fieret, magna fame affectus obiit. Ad eundem modum auarus hodie animam exharet, si nihil nisi aurum, quod tantopere cupit, haberet.

Ratio. 1

Ratio. 2

¶ Quandoquidem si rex auaritię tello sauciatus, innumera auri & argenti pondera possideat, potius tyrannus quam regni parens erit. Valde quidem detestabile est principi, in diuitiis fœlicitatem suam collocare, cuius functio est bono communi pro virili sua studere, atq; au-  
gere.



gere. Si autē avarus, ac tenax fuerit: ubi liberalitas, quę maxime regalem decorat dignitatem? Si diuitiarum est cupidus, ubi magnificentia, quę circa magnos sumptus versatur? Ubi deniq; magnanimitas, si numismatis est mancipium, ac diuitiarum captiuus? Verum qui a pecunia possidetur: nihil magnum attentabit: quoniam pusillanimis est. Animatuertendum autē, quod dominus nō regi diuitias adimit, sed immodicum affectum, superfluam abundantiam tollit dicens: Rex non habebit auri & argenti immensa pondera. Diuitias habeat rex necessum est, ne subditos suos grauet, aut hostes regnum inuadant arripiantq;. Sane regis inopia quamplurimos inopes efficere solet. Illud nihil osecius sancti regis Dauid proculis habeat: Diuitię si affluant, nolite cor apponere: Et apostolus iterum ait: Qui habent diuitias tanquam non habentes sint. Seruis reges super dia debita impertiāt, eleemosynas pauperibus effusissime erogent, iuxta Danielis consilium, peccata sua miseratio nibus pauperum redimentes. Quo veras & non perituras opes in cęlesti regno possidere queant.

De vter.  
17.

**Regem non oportet, in honoribus felicitatem querere.**

Capi. 9



**N**on eleuetur cor regis, super fratres suos: Deu. 17. In diuitiis fallacibus non esse beatitudinem constituendam, pro modulo nostre tractauimus: eo quod avarus incidit in tēptationes plurimas & in laqueum diaboli: instar iudę infelicitissimi, qui oculos habēs, pessum cepit ire. Nūc ius erit, legē tertiam

Auaritię  
malum.

Regalis institutio.

tertiam regibus sancitam a Deo explanare. Ne forte qui viriliter voluptatibus pessimis restitit, & opibus luctulentis infracto animo renunciauit, dominoq; adiuuante, temporarias diuitias a se abdicauit, in baratrum superbię miserabiliter lapsus pereat. Non eleuetur cor regis (ait dominus) super fratres suos. Singula verba obseruatione sunt digna. Non eatenus princeps sceptrum accepit, vt sui oblitus, alios aspernari velit: Imo vt fratres vterinos vnice diligat eos, & honore prosequatur: maximopere studens de omnibus bene mereri. Mirares, lex erat apud romanos vt venuste tertulianus in apologetico narrat, quouis imperatore triũphante, homo quidã iuxta eum clamabat: Respice post te, hominem te memento: Quod est dictu: Tametsi tanta sis hodie euectus gloria, amplissimog; triumpho honoratus, nihilominus quis ante hac fueris aduerte: & te, vt par est, hominem mortalem et plurimis calamitatibus obnoxium te agnoscito. Verum verba hæc omnes principes & reges, prelatosq; sue conditionis admonent, ne sibi blandiantur, & supra se inaniter efferantur. Periantri dogma efficacẽ consilium extat, altius cordi nostro infigendum: Ne efferaris gloria hominum. Huc attinet pulcherrimum illud verbum, quod tã Chiloni lacedemonio quam pytaco mityleno sapiētissimis viris inscribitur: Gnomise aphton, Hoc est: Nosce te ipsum, Quod vulgo iactatur, e cælo dilapsum, quo homines admoniti sese agnoscat fragiles, ac vermiculos humi reptantes. Vnde sacra scriptura clamitate non cessat: Quid superbis terra & cinis: ac si diceret: O homo, qualibet dignitate preemineas, & inter alios honore fulgeas, nihilosecius terra es, & interram ibis, vtilis nolis. Te te propterea agnoce, ne pulveris in morem, vehementi gloriolę vento, raptus euanescas.

¶ Incredibile dictu, quantũ romani per se, atq; greci, & prope modum omnes nationes estu & cupiditate volatilis glorię

Ter.

Periand.

Chil.

Eule.



glorię laborarint, quibus sese periculis vltro obtulerint. Quominus popularem auram & laudem sibi vendicaret. Quos obsecro labores Alexander rex, & Iulius cesar non pertulerint? Aut quę vulnera, fames & alia id genus, non sustinuerint, quo mundum sibi subiugarint? Nempe Alexandri tanta fuit dominandi Cupido, vt a milite suo Anaxarcho, Democriti discipulo audiens, plures fore mundos, subinde ingemiscens dixerit: Heu me miserum, quod nec vno quidem adhuc, tantis laboribus sum potitus. Vnde Valerius maximus li. 8. capi. 15. peruenuiste inquit: Ecce angusta homini possessio glorię fuit, quę omnium hominum Domicilio sufficit. Quid multis immoror? Pleurique facinora & execranda opera patrarunt, vt saltem in mudo nomen relinquerent. De pausania Valerius maximus narrat, qui dum hermoctem interrogaret, quonam modo subito clarus posset euadere, Ille respondit: Si illustrę virum occideris, gloriam tibi magnam cõparabis. At Pausanias hoc audiens, continuo Philippum interemit. Quid de illo dicam, qui cupiditate sacrilega commotus, templum Dianę incedere decreuit, quo opere tam insigni consummato, nomen illius toto terrarũ orbe diffunderetur. Quę quidem furorem, ipse e culeo positus, lubens de tegit.

¶ Ceterum, exterorum exempla facessant & quę nostra sunt narrare incipiamus, & quam inanis & futilis gloria mundi sit, pro virili ostendamus. Circũspice eos, qui ante te similibus splendoribus fulsere, ait sanctus doctor Augustinus: Si diuitijs & maiorum nobilitate te iactas, si de pulchritudine corporis & honoribus, qui ab hominibus tibi deferuntur exultas, agnosce quia mortalis es. Vbi sunt precor quos ambiebant ciuium potētatus? Vbi equorum splendidi inuectores exercitiũ duces & satrape: Nũc omnia puluis & fauilla, nunc in paucis versibus eorum acta, & vita memoria est. Respice obsecro sepulchra & vide quis seruus, quis dominus, quis pauper, quis diues: discerne si vales victum a rege, fortem a debili, pulchrum a de

Alexãdri  
ambitio.

Valerius  
maximus

Sanctus  
August.

Vide. S  
Augu. li. 5  
de ciui.  
Cap. 20.

formi,



formi. Memor horum sis, ne extollaris: memor eris si te ipsum sedulo respexeris. Plane non terrena sed celestis hæc philosophia est, quam vir sanctissimus nos nō verbis exakte docuit, tenaci memoria ea teneamus. Qui quidem alibi contra maximum arrianum, li. 3. mundi huius gloria describens atq; diffiniens ait: Gloria est frequens fama cū laude. Quum ergo honos premiū sit virtutis, Aristotele teste i. ethicorum laus vel honor medium est ad alterum ordinatum, felicitas vero est finis ad quæ omnia ordinantur. Igitur in honore fama vel felicitas ponenda non est. Quid quod gloria mundi externum quoddam est, felicitas autem in bono animæ non corporis est sita: Deniq; felicitas in ipso felici vel beato, non in alio consistit, honor vero, ut docet Aristoteles. i. ethicorum, imò ratio ipsa hoc tuadet, in honorante est, nō in honorato. Perspicuum ergo est & sole lucidius claret, nullatenus in honoribus sæculi huius felicitatem esse querendam.

**Hypocritæ;** **H**isce rationibus rex prudens agnoscat oportet, quam sit ei indecens finem in honoribus querere, alioquin superficie tenus vir bonus erit: nam qui nimium honores affectat in subdoli & ficti appellantur a philosopho. li. politicorū. Quippe qui hominibus placere conatur non Deo, imo virtutis specimen præ se ferre videntur, quam vere non habent. Nempe si princeps gloriæ affectu vehementer laborauerit, populum suum magnis periculis sæpius opponet, tantum ut nomen in bellis venari valeat: Quo quidem seuerius, ac iniquius nihil esse potest. Iure optimo Torquatus Romanorum princeps, filium suum occidit, quod gloriæ avidus ausus fuerit magno periculo se exponere, quando eis bello victor euaserit. Equidem tam graui poena multatus est, ne in futurum, quis desiderio laudis temere se præcipitem daret. Tandem si rex isto hæc laboraret modo, sua impertiret bona non dignis & sapientibus, sed malemeritis histrionibus, qui eum inaniter laudarent, & magnificarent. Quo crimine, nihil scelestius aut atrocius.

Torqua.  
Roma  
nus.

Nota.



cius. Auferat Christus Iesus luen hanc pestilentissimam a fidelibus suis, ne vt cancer mentes eorum serpat.

**S**uma. Corregis non efferatur super fratres suos: quin potius sese dimittat & mortalem se agnoscat. Quonia si ethnici nimio gloriae affectu olim estuabant, vt superbi & cecucientes, id agebant ab scopo vere laudis & gloriae longissime aberrantes. Imo sapientiores Philosophi, qui inter eos plus virtute & scientia micabant, dicentes se sapientes, stulti facti sunt, & euauerunt in cogitationibus suis: quamobrem ingehena ignis poenas dabunt aeternas. Ne igitur Christianus Princeps, hominibus placens, Deo optimo displiceat, caueat vahementer ne plus æquo honorem affectet: Cum regali Propheta sedulo orans: Non nobis Domine non nobis, sed nomini tuo da gloriam. Talis rex, populum suum laudis adipsiscende causa, periculis non exponet, histrionibus, aulicis & adulatoribus ve opes suas non impertiet, sed inopes & pauperes subleuare ardentissimis votis studebit: Magnanimus semper erit, nam inanis gloria directe magnanimi tati aduersatur, vt sanctus Thomas perspicue diserit. 22. q. 133. ar. 2.

Summa.

Ro. I.

Psal.

**In amore Dei, regiam po  
restantem decet foelicitatem suam ponere.**

Ca. 10.

**N**on gloriatur sapiens in sapientia sua, nec fortis in fortitudine sua, nec diues in diuitiis suis: Sed in hoc gloriatur, qui gloriatur, scire & nosse me. Ieremias. 9.  
Velut triplici ariete, iam tribus capitulis trāta-

I. Ioan. 5.

transactis, aduersus triplicem artem munitissimam, non sine labore pugnauimus, Conantes machinam illamonstruosam funditus euertere, de qua dilectus discipulus Iesu ait: Omne, quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut est concupiscentia oculorum, aut est superbia vite. Que omnia adamusim pro exiguitate nostra sequuti sumus, gratia Christi Iesu opitulante, illiusque auspicijs freti. Primo ostendimus in carnis nostre illecebra, aut in voluptate iniqua, minime felicitatem esse positam, quum in istis iumentorum affines sunt homines. Secundo, nonnullius rationibus suasinus, neququam hominis beatitudinem in diuitijs temporarijs esse ponendam. Nam externa bona sunt, & corporis ad minicula, quippe que, anima nostra suapte natura spiritalis & nobilissima, nec degustare potest. Postremo, nec in honoribus felicitatem reperiri posse subindicauimus: quum honos in honorato non est, sed e contrario, in honorante, Nunc operepretium erit ostendere vbi hominis felicitas collocanda sit, ne posthac extra fidem integram, & charitatem sinceram, eam queramus.

Esa. 40.

NE gloriatur sapiens in sapientia sua, quippe que si ad Dei sapientiam conferatur, mera ignorantia & ruditas est. Neque in fortitudine sua inaniter fidat, quum omnis caro foenu & omnis gloria eius quasi flos foeni, veluti vates sanctus esaias testatur: Quid obsecro fragilius foeno? Aut quid vilius flore eius fuit vnquam? Profecto, quum fortitudo sit debita proportio ossium & neruorum, que omnia externa sunt, in eis beatitudo nostra esse sequitur: Ad hec in diuitijs minime gloriandum est, quemadmodum paulo furius latius disseruimus, quas ta boni quam mali possidere solent. Admirari non sufficio, quoties sententię sapientis viri Aristotelis recordor, qui quauis ethnicus dixit: Tertius est Deus quod in bonis externis non est felicitas, li. 7. politicoru. Verum anima nostra ad imaginem Dei facta, nisi bonis internis faciari aut beari non potest. Que bona triaria sunt: Fructio, visio Dei, & tentio, quorum precludia in hoc

Nota.



hoc exilio nobis orthodoxis Deus optimus impendit, fidem, spem, & charitatē animabus nostris, sua gratuita dignatione largiens. Haud gloriari quis debeat in ciuili potestate, quem & tyrāni sepe numero, hostili bello vindicare solent, vt de Dionysio, Nerone, & plerisque alijs cruentissimis viris tyrannice imperantibus, literis memorię proditum est. Quin potius in hoc gloriatur rex & princeps fidelis, scire & nosse me.

En plane foelicitas nostra, Ecce thesaurus, quouis auro aut margaritis vernantibus preciosior, qui nos omnes affatim locupletes ac diuites reddit: Imò hoc solū nos beare potest, si Deum nostrum scire & amare nobis contingat: Si fidem amore flagrantē in Christū Iesum habeamus: si tandem, toto pectore, & candido corde eum laudemus, atq; diligamus: Qui nos, ex nihilo creauit: qui se totum nobis impendit: qui nos redemit de potestate tenebrarū, transtulitq; in regnum suum: Quem patronum habemus apud patrem: Qui nunquam non clamat: Omnes, qui laboratis & onerati estis, venite ad me & ego reficiam vos. Non gloriari oportet, quia ratione naturali Deum agnoscimus, quę cognitio parua est, & ideo Philosophi eam dū taxat habentes perierunt: Altiori cognitione opus est, eo quod sine fide impossibile est placere Deo: Quam quidē graphice apostolus describens, ait: Fides est substantia spe randarum rerum, argumentum non apparētium. Huic definitioni cōcinunt, omnes sanctorum diffinitiones de fide. Sæctus Augustinus inquit: Fides est virtus, qua creduntur quę non videntur. Beatus Damascenus li. 4. capit. 3. fides est non inquisitus consensus. Diuus Dionysius de diuinis nominibus ca. 7. Fides est manens credentium fundamentum, collocans eos in veritate, & in ipsis veritatem ostendens. Hęc mirabilis fides est, quę nobis arcana Dei patefacit: ea est, qua Deū reueremur, verbisque eius fidimus: Hęc deniq; est victoria, quę vincit mundum, & triumphī palmam nobis prebet de infessissimis inimicis.

Mathe.

Hebra. 11.

Fides nostra.  
S. Tho.  
2. 2. q. 4.  
ar. 1.



Regalis institutio.

Spes no-  
stra.

S. Tho. 22  
q. 19. ar. 4.

S. Tho. 22  
q. 23. ar. 6.

Matthe. 2.

¶ Ceterum ex fide oboritur spes, eam ob rem apostolus in diffinitione fidei, meminit spei: hæc virtus magna est, & eam tanquam anchoram teneamus oportet in omnibus, quæ a Deo nobis pollicita sunt. de hac magister. 3. sententiarum, distin. 26, sic loquitur: spes est certa expectatio future beatitudinis, ex gratia & meritis proueniens. hinc regalis propheta admonet: Spera in Deo & fac bonitatem. verum sicut fides sine operibus, ita & spes absq; mandatorum Dei obseruatione, mortua est. Spe igitur gaudentes & iubilantes Gloriamur in spe filiorum Dei, mandata eius ad implentes

¶ Ad hæc, charitas tertia virtus est theologica fide & spe loco maior, apostolo teste. Nã ea est, quæ magis deum attingit. Fides & spes attingunt Deum, ex eo quod de illo nobis prouenit vel cognitio veri, vel adeptio boni: charitas vero attingit Deum ut in ipso sitat, non ut ex illo aliquid nobis proueniat. Hinc præcellentior charitas probatur quam fides & spes. quid plura: charitas alias virtutes præcellit, quoniam nunquam excidit, fides autem & spes non ita. ex hac mira virtute omnes affectus boni scaturiunt, ut testatur sanctus Augustinus li. 14. de ciuitate Dei. ca. 9. Hæc maxime nos Deo vnit, quia amor est vis vnitua, sancto Dionysio teste ca. 4. de diuinis nominibus. Hac maxime regis indigent, quatenus cum apostolo dicere valeant: omnia possumus in eo, qui nos confortat. Nempe magi sanctissimi fide, spe, & charitate Christi Iesu freti, nec labores acerbos itineris longissimi, nec tyrani regis Herodis tentas, timuerunt, quo minus regem cælorum in cunabulis vagientem procidentes adorarent. muneraq; preciosa ad subleuandam eius paupertatem offerret. Glorietur ergo reges, gratulentur principes omnes, non in amplitudine regni, quum tota terra, respectu cæli nihil sit, testante Aristotele 1. lib. meteororum. Sed in hoc glorientur, scire Deum & saluatorem mundi, in quo vita, salus & felicitas nostra

fidens  
ad  
S. Tho. 22  
q. 19. ar. 4.  
1. 12



ſtra poſita eſt, per quem & in quo viuimus, mouemur & ſumus, quemadmodum apoſtolus dicit,

## Regi maxime conuenit, virtu

tes morales omnes habere. C. II.



**B**EATA terra, cuius rex nobilis eſt, eccleſiaſt. 10. Magna chriſtiane philoſophie pars eſt, contēplatione cæleſtium bonorum: temporaria hæc ut futilia & fugacia, forti animo ſpemere, & carnis lenocinia prorsus contemnere. Non ne diuitie, voluptates, & honores, quibus hic mūdus falax abundat, momentanea ſunt, & mille periculis obnoxia, veluti experimento cuilibet intuenti notū eſt? Verum ſi hæc omnia nullus homo eripiat, haud dubie mors furibunda omnibus adimit omnia. Noſtra ergo potiſſime refert, ut parui ea cōtememus, quo facilius ab eis, morte aduentante ſe paremur. Nam quo impenſius illa amamus, hoc grauatius ab eis diuellimur. Vnde lepide ſanctus conſulit apoſtolus: Qui habent diuitias, tanquam non habentes ſint: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Præterit figura huius mundi. O verba nectarea, & omni mellita dulcedine plena, maximè noſtra intereſt, pectori noſtro ea recondere, ne mūdo labente ipſi labamur, pereamusq; cum hoc ſeculo nequam pereunte. In re nulla conqueſcedum eſt proſeſto, ſed queadmodum canes in fluuio nilo Cocodrilos pertimeſcunt, ideo raptim aquas bibunt: Ita & nos per omnia bona peritura tranſeamus curſim oportet, donec ad Deum fontem viuum, & oceanum bonorum omnium plenum veniamus. Si ergo catholicus rex, Chriſtum Ieſum toto cordis affectu, votisq; flagrantiffimis dilexit, fide ſincera, ſpe firma, charitate flāmigerā ei adheſit, in eo ſuam foelicitatem collocans

Bona temporaria.

Simile notandum.

## Regalis institutio

ut ius est, talis beatus erit & nobilitate mirabili præfulget. Cuius terra benemerito beata vocatur, & regnum cui imperat, foelix & nimium foelix semper erit. Nihil, ut ingenue fatear, principi magis expedit, quam ut nobilitate sit præditus: Quæquidem nobilitas haud quaquam, in vetustissimis stematibus, aut sanguinis claritate antiquitateq; sita est: non in seuitia superba, aut populi oppressione adinuenitur, sed in timore summi Dei atq; amore collocatur. Quo sane attinet illud creatoris nostri dicentis: Honorificætes me honorificabo: qui cõtemnunt me erunt ignobiles: Et rursus saluator noster clamat: Qui facit peccatum seruus est, peccati. Si ergo rex sui corporis seruus exteterit si sathane mancipium fuerit, vbi præclara nobilitas eius? Caro & sanguis nullatenus regnũ Dei possidebit, sed qui candore innocentie dealbatus, Christi Iesu sanguine clarus fuerit. Citra controuersiam, ille dũtaxat nobilis est, qui virtutibus omnibus pollet: qui fide & indeuulsa charitate erga Deũ & proximum conspicuus fuerit: qui deniq; sapientia, prudẽtia, alijsq; virtutibus alios præcellit. Cui præclara facinora, longe lateq; nomen immortale pepere-runt. scite quidam Philosophus virum nobilẽ depingens dixit: Nobilis ille est, qui proprie voluntati non fuerit suiectus, & suis voluptatibus, atq; concupiscẽtis imperat. Eodem attinet illud Salomonis: nobilis in portis vir eius, cum sederit cum senatoribus terre: Quod de Christo Iesu dictum est, a quo nobilitas omnis oboritur: Ego (ait ipse) sum radix Dauid. Verum absq; virtute nullam fore nobilitatem, etiam Philosophi dixerunt, idq; omnes poetæ asseruisse neminem latet. Quorum vnum paulisper audiamus oportet:

1. Re.

nobilitas:  
vera.

Nota.

Pro, vlti.

Apoca.

Claudia  
nis.

Tu licet extremos late domineris per indos:  
 Te medos, te mollis arabs, te seres adorant:  
 Si metuis, si parua cupis, si duceris ira:  
 Seruitij patiẽre iugum, leges tollerabis iniquas:  
 Tunc omnia rite tenebis, si poteris rex esse tui:



Ceterum princeps, qui iam, Deo iustifragante, tribus theologis virtutibus irradiat, quarum typum tres filii Iob usque ad eum pulchre gerebant, qui moralibus etiam virtutibus fulget, ex quibus quatuor primas tenent Aristotele autore 5. ethicorum, unde cardinales merito appellantur. Is nobilis apud omnes erit, non tam sanguine quam virtute emicans. Sunt & alie virtutes octo, de quibus prolixum esset tractare, sat sit eas nunc adnumerare, que velut asse cle habentur earum, que cardinales siue principales dicuntur. Prima est humilitas, quam Philosophus honoris amantiam vocat 2. ethicorum. Secunda, magnanimitas. Tertia, largitas. Quarta, magnificentia. Quinta, mansuetudo. Sexta, affabilitas. Septima, veritas. Octava, etrapellia, que societas dicitur. He sunt virtutes duodecim, que principem vehementer conspicuum atque ingenuum efficiunt: Quibus si indigerit non regali ex progenie sed ex crassa vulgo se ortum fuisse agnoscat, seruilemque statum habere certo certius sciat.

Regali celsitudini maxime expedit prudentiam habere. C. 12.



Prudentiam & sobrietatem docet, iustitiam atque virtutem, quibus utilius, nihil est in vita hominibus: Sapient. 8. Nemi- ni clam est, Deum optimum virtutum omnium doctorem ac magistrum fore, quippe qui in istu oculi, ex idiotis viros discretos, & ex rudibus peccatoribus sancti- tate candidatos efficit. Idque perspicuum est, tum in Salomone, quo orante Spiritus sanctus sapientia impleuit, tum etiam in apostolis, qui in syon spiritu Domini afflati, repente omnium linguis magnalia Dei loquebantur: ita ut quot eos audirent, stupore magno tenerentur. Sane ad

.I. do

Sapient. 3

Psal

S. Th. 2. 2  
q. 47. ar. 1

Luce. 16

sapientiam veram vendicandam non oportet reges, diuersa terrarū climata peragrarē, nō Athenarū scolās adire, nō maria, eiusq; transire fluctus: Adest Deus optimus pectori nostro, intra viscera magisterio suo fungitur, & in cathedra cordis nostri sedere, & docere mentem nostrā magno pere cupit: modo nos ipsos humiliantes, procliuo genu Christū Iesum precemur, orātes, ne vt desides, & oscitantes deficiamus. Nonne sapientia Dei ipsa est, quę virtutes omnes menti nostrę citra laborem inserit, & insertas mirabiliter seruat atq; custodit? Alioqui Salomon nō diceret: Prudentiā & sobrietatem docet, iustitiam & virtutem. vbi paucis nos admonet, quem magistrum accersere debeamus, quo sapientiam, & sobrietatem, iustitiam & fortitudinem quam occisimē discamus: Fœlix qui cū regali propheta posthac dixerit: audiam quid loquatur in me dominus Deus. Loquetur quidē pacem, qui autor pacis est, non dissidiū, si mens nostra pacifice auscultauerit, iuxta illud: Audi filia & inclina aurem tuam & obliuiscere populum tuū & domum patris tui.

De prudentia, quę potissima virtus est, imò virtutū omnium auriga, iure vocatur, non nihil dicamus. Prudentia, vt Philosopho placet, est recta ratio rerum a nobis agibiliū, ethicorum. 6. cap. 6. Vel vt sanctus Augu. testatur: prudentia est cognitio rerum appetendarū, & fugiendarum, libro 83. q. Ecce pretiosa sedes, vbi hęc pulcherrima virtus sita est, nempe in intellectu velut in trōno peculiari sedet, Cuius ministerium est, ex preteritis & presentibus futura providere, atq; ordinare. Hinc philosophus ethicorum 6. ait: Prudens est bene consiliatus. Quum ergo prudentię peculiare sit consiliari, iudicare, & precipere, Principi vel maximē conuenit prudentem esse, quoniam non suo, sed totius regni comodo studet. Sed proh nefas, quam sunt multi, qui pessima prudentia vigent, De quibus saluator noster inquit: Prudentiores sunt filij huius seculi filijs lucis in generatione sua. Pudeat nos ab hīs improbis superari, quorum



quorum astutia tanta est, vt suo pte ingenio noua semper quedam inueniat, quibus suam auaritiā, voluptatesq; expleant. Videre est quāta sagacitate, & vigilātia, cruēta opera exerceat: nos vero ad virtutes assequendas, testudineo procedimus gressu, & somniculosi effecti, vix ad ea, quę sursum sunt, corda leuamus. Quid multa? mortē vocat apostolus sapientiā carnis, eo quod animam occidat, sapientię Dei aduersetur vehementer. Quin & saluator noster apostolis, necnon & nobis suasit, columbinam simplicitatem vna cum serpentina prudentia habere. Verum nisi quis caute ambulauerit, & prudenter se custodiat inter tot sathanę anfractus & voraginosos mūdi, carnisq; laqueos, sepius succumbet ac labascet. Tales sunt, qui male prudentes sunt.

¶ In hos vates sacer Esaias inuehitur dicens: Veli qui sapientes estis in oculis vestris, & corā vobis met ipsis prudentes. Obseruandum quomodo eos deploret ingemiscens, nam sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt. Huc sane pertinet salubre consilium apostoli: nolite fieri prudentes apud vos me ipsos.

¶ Quę omnia ex superbia profluunt, & de inani arrogantia dimanant, prudentia vera humilis est, & modesta, provida, tacita, dicente Salomone: Vir prudens tacebit vsq; ad tempus, et iterum: melior est vir prudens quam fortis: Sapientie. 6. Imō qui moderatur labia sua prudētissimus est. Longe aliter filijs Agar egitię cōtingit, de quibus propheta baruc ait: filij Agar exquisierūt prudētia, quę d̄ terra est. Habes ergo duplicē prudentiā fore, altera, quę de cęlo est optima, & hanc gemmā gratissimā sapiens vocat, prou. 17. Quam vt amicā vocemus monet Salomō: Quasi flagratissimo Desiderio eā affectātes. Hinc scriptum est: scientia sanctorū prudētia. Altera quidē est execranda, & modis omnibus fugienda, de qua dñs ait: perdā sapientiā sapientium: & prudentiā prudentiū reprobabo. verū prudētia, quam Deus optimus reprobat, subdola & iniqua est, & a diabolo

Ro. 8.

Esai. 5.

Rom. 12.

Pro. 11.

Pro. 10.

Baruc. 3.

Pro. 9.

adinuenta. Hęc prudentiam pessimā pro virili fugiamus  
& cęlicam ardentissimis votis petamus: Christum Iesum  
adeūtes, qui prudentię sanctę doctor est, imò in eo omnes  
thesauri sapienę & scientię recõditi sunt, a postolo teste.

## Temperãtia regibus opus est

valde. Cap. 13.

Sapientia  
Sanctorũ



Rudentiam & sobrietatem docet, Sapi 8. Post  
quam de prudentia quędam delibauimus, quā  
bisariam esse paucis ostendimus: nam altera cę  
lestis est, qua omnes sancti præditi, sapienter se  
culi huius oblectamenta paruipendentes, Christo Iesu ad  
heserunt, & quę etherea sunt, atq; ęterna bona, toto pecto  
re dilexerunt. Altera autem sapientia est, quam filij Agar  
in hoc mundo discunt, vt locupletes, & honorati, inter ho  
mines viuant, cęlestibus diuitijs posthabitis. Quos non  
prudentes Sed stupidos, ac insensatos iure vocitare ausim:  
quum terrena cęlestibus, & temporaria ęternis, stulte præ  
ferre non erubescunt. Quibus per omnia similes, stulte ille  
quinq; virgines fuere, quippe quę oleum secum non por  
tantes dormitauerunt & dormierunt. Quamobrem tardā  
te sponso lampades earum extinęte sunt. Ideo a spõso pru  
dentissimo Christo Iesu repudiate, audire meruerunt: iā  
ianua clausa, Amen dico vobis nescio vos. Nunc de sobrie  
tate vel pauca dicamus, qua virtute omnes opus habe  
mus.

¶ Quid obsecro sobrietas, quam Spiritus sanctus docet, sig  
nificat, nisi temperantiam, quam tantopere philosophi  
alioqui sapientes vbiq; comendauerunt: nempe si rex, to  
to nisu laborans prudentię virtutem sibi cõparauerit, qua  
velut gubernaculo quodam sese, & regnum suum modera  
ri, atq; tueri queat, gradatim ascendat oportet, & pro viri  
li su



li sua temperantiam enitatur optinere, ne pecudum in morem, vitam suam transigat. Verum ut sapientia candidati asserunt, temperantia virtus est cardinalis, moderatiua delectationum tactus. Tales delectationes suapte natura fortiores sunt: tunc quia magis naturales, tum verò quia eorum obiecta, presenti vitæ cõseruandę plus necessarię sunt: ut in cibis & potu palam est. Eam ob rem difficilius ab eis abstinemus. Hinc virtutis temperantię maxima vis cõstat, quod in ijs, quę potissimum naturalia sunt, normam atq; modum statuit. Quod plane pulchre ac dilucide sanctus Thomas probat. 2. 2. q. 141. ar. 7. Vnde perspicuum est, temperantiam in concupiscibili positam esse, in qua velut in arce suam exercet fũdionẽ. Huius eximię virtutis partes, ut Macrobio placet, quam multe sunt. Nam temperantiam sequitur modestia, verecũdia, abstinẽtia, castitas, honestas, moderatio, parcitas, sobrietas, pudicitia: De quibus singulatim tractare onerosũ valdẽ esset lectori: Sat fuerit illud beati Pauli præ oculis habere, quod de saluatore nostro scripsit: Apparuit benignitas & humanitas saluatoris nostri Dei, non ex operibus iustitię, quę fecimus nos, sed secundũ misericordiam suã saluos nos fecit: Et Paulo clarius, quid apparendo nos doceat ostendens ait: Apparuit gratia Dei omnibus hominibus erudiens nos, ut abnegantes seularia desideria, sobrię & iuste & pie viuamus in hoc seculo. Ecce exemplar mirabile, quod pater cęlestis nobis pręstitit, ne ab eo vnquam oculos fidei delectamus: en imago omnium virtutũ, quã cordi nostro inculpam habere oportet. Omnibus hominibus saluator conspicuus apparuit, qui salutẽ omnium in cruce moriens operatus est: Omnes inquam lucrifacere decreuit sine delectu, qui omnibus liberãdis cęlo venit, ut sanctus leo testatur: Quin apostolus voce magna clamat: qui vult omnes saluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis peruenire. Sed quid euestigio subneedit videamus. Erudiens nos ait: Plane ruditas nostra crassa, vel maxime, tanto doctõri indigebat: quippe

Temperã  
qui.Li. de Som  
nio cipio.

Aditũ. 3.

Aditũ. 2.



## Regalis institutio

qui non modo verbo, sed quod plus ponderis habet, exemplo temperatos nos efficeret. A belehmitico tuguriolo incipe obsecro, ubi filius Dei, ex intacta virgine natus est, & ad crucis partibulum usque, quotidie perge, oculis fidei lynceis, in cunabulis vagientem contemplan, & eius candidam vitam, mortemque spontaneam penitus considera, & nihil inueniens, ut ingenue fatear, quod non sobrietatis & temperationis flagrantiam redoleat spiretque. Quorsum hæc omnia tendunt forte quæres? Nempe statim apostolus aperit, Ut abnegantes omnem impietatem, inquit, & secularia desideria, sobrie viuamus. Sobrietas siue modestia potissime ad nos attinet, erga cibum & potum, & alia carnis oblectamenta modum seruantes: nullatenus voluptati seruientes, sed necessitati, iuste viuimus: dum sumi Dei mandatis obsequium damus, leges funestas mundi huius continent. Pie actiones nostras & affectus ordinamus, quibus pietatis opera, tam in parietes affinesque, nec non ad omnes hilariter exercemus, quandiu in hac vita hospites sumus. non hoc eo dixerim, ut regem omnino agreitem velim, ita ut omnem delectationem abhorreat, sed eas quærat, quas lex sacra, & ratio ipsa quærendas docet, Imò viri usque adeo spirituales, puras & sanctas oblectationes non fugiunt, Aristotele dicente: anima sine delectatione esse non potest: felix tamen & nimium felix, qui sancti David consilium diu non atque opere adimpleuerit: delectare in domino & dabit tibi petitiones cordis tui. Et rursus: cor meum & caro mea exultauerunt in Deum viuum. Prestet Deus nobis quauis immeritis, ut ad tam excelsum perfectionis culmen conscendamus.

¶ Temperatus facile esse poteris, si regulam illam sancti Augustini in omnibus mordicus teneas, quam libro de moribus ecclesie ipse scripsit: Quantum satis est & necessitas potest accipere, non amatis affectu, sed utentis modestia. huc attinet illud apostoli: habentes alimenta, & quibus tegamur, istis contenti sumus. Et alias: debitores sumus non carni, ut secundum carnem viuamus. O beatum virum, qui in hac fragili carne non

Psal.

Regula  
notanda



nō secundū eius effrenatos & indomitos appetitus vixerit, sed vt lex sancta Dei præcipit: Is sane temperās est, Christi Iesu sectator strenuus. Pudet me profecto, intēperatiā christianorū recēdere, quādo barbarorū modestiā lego. narrat phi. ethi. 2. quod troiani senes, vidētes Elenā nimis pulchrā dixerunt: abijciamus eā, Hoc est, nullatenus eā inspiciamus, ne fortasse, illius venustate, vel specie illaqueati, tēperatiē gemmā, solis irradiatis fulgore formosiorē amittamus. tu verò quisquis es, hoc fac & viues: Ne te in præcipitum iactēs, peccati occasiones querēs: mesa opiparā, ciborū delicias, mulierumq; cōptarum aspectū, vt Draconis sibilā fuge, Dicēte scriptura: tāquam a facie colubri fuge peccatū, quod est dictū, peccatorū incentiua deuita, vt serpētis aspectus vitari solet. Quantū regibus expediat temperatos esse, nemo tā stupidus est, qui ignoret: Verum intemperantia, flagitiū est puerile, turpe, & nihil foedius: cœu latius Arist. ethi. 3. suadet. Vt ergo principi nō cōuenit, puerilia & turpia operari, ita eum oportet, toto conatu intēperantiā fugere. Mitto nunc improbum regem Sardanapalū, qui adeo intemperatus & delitijs deditus fuit, vt tantū voluptatibus vacaret: tandem, iustino autore, sese & omnia, quę habebat igni cōbustit. quid multa? Sansonis mirandā fortitudinē, Salomonis stupendam sapientiā, Dauid regis sanctimoniam, sola intemperatiā, instar beluę immanissime, peremit. Quid ni reges in luteis corporibus degentes, labi timeant: quū fortissimi, ac sapiētissimi viri ab intēperantia victi, infeliciter occubuerint, in tā atroci & quotidiano consiliū. Sit ergo in omnibus necessitas, regula tenenda, quā ex Christo Iesu, qui scopus vitę nřę est, accipiamus: ita vt sobrie & iuste, & pie viuamus in hoc calamitoso sæculo

Nota.

## Regiam potestatem potissimam

me decet fortitudine præditam esse. C. 14.

Virtutem & iustitiam docet, sapientię 8. Postquam de prudentia & tēperantia aliqua diximus, & quantū principes



Regalis institutio.

cipes, has præcellentes virtutes habere deceat indicauius, quas quidē Spiritus sanctus mētibus nostris inserere solet. Par erit de tertia virtute morali, quę fortitudo appellatur, Domino adiubante, nonnulla rimari. Hanc non abs re, virtutem vocauit sapiens: quum fortitudinis peculiaris effectus, virtus & robur animę sit: Quandoquidem fortitudo virtus magna est, quę suapte natura timores comprimit, & audacias moderatur, ethicorum 3. Verumtamen ipso philosopho teste, hæc virtus potissimè erga timores cohibendos versatur: Ratio, quia difficilius est timores comprimere quam audacias moderari, nempe belli periculum præ se fert aliquid ad audaciam cohibendam. Idq; sanctus Thomas pulchre probat 22. q. 123. ar. 6. Hanc quidem virtutem inter cardinales esse adnumerandam, nemo est qui ambigat. Sanctus Ambrosius lib. 1. de officijs, diuus Gregorius 22. li. moralium, & beatus Augustinus lib. de moribus ecclesie, vno ore mirificis encomijs fortitudinē collaudat. Vnde sanctus Ambrosius sic ait: Non medicis virtus est fortitudo, quę sola defendit ornamenta virtutum & iudicia custodit: hæc est, quę inexpugabili prelio vicia cuncta decertat, Inuidia ad labores, fortis ad pericula, aduersus voluptates rigidior. Verum verba huius sancti doctoris, latissimū campum nobis apperuit, ad fortitudinis laudes ampliandas, nisi temporis arctitudo calammum detineret. Satis sit tantę virtutis varietatem indicare studiofis.

S. Tho.

Fortitudinis laus:

Multiplex fortitudo

Alia est fortitudo, quę ciuilis vocatur, & est quādo quis fortiter terribilia sustinet, verecundiam popularem timēs, & honorem venari cupiens. Alia quidem fortitudo seruilis appellatur, quę ex necessitate, vel timore pœnę oboritur. Hac necessitate vrgēte, homo aggreditur ardua. Tertiō militaris fortitudo ea est, qua milites strenui belligerantes, multa pericula subeūt. huc attinet illud vegeti de re militari. Nullus attentare dubitat, quod se bene didicisse confidit. Alia fortitudo furiosa dicitur, eo quod quidā furore



furore perciti, magis quam ratione ducti, pugnam comitunt: n̄ proprie fortes non sunt, & si especiem fortitudinis habeāt, qui resistere hostes nequeūt. Quoniā tranquillato & pacato furore eorum, trepidant, palescunt & fugiunt. Deniq; alia fortitudo est laudabilis, cum aliquis bellum aggreditur, ob bonum ex electione, qua maxime reges opus habent: Alio qui infestissimis inimicis resistere & regnum suum tueri non poterunt. Caueant necesse est, bella gerere, nisi magnum bonum patrie, vel regni adsit. Nec nō ad Christi Iesu fidē ampliandā preliari debent, potissimē si infideles iacturam nobis fidelibus adferunt. Dicente beato Augustino libro. 9. de ciuitate Dei: Bellum ducimus vt pacem habeamus. Hac fortitudine imperator Cōstantinus fulsit, vbi sacri baptismatis vnda ablutus, ab infedione lepre liber euasit. Effulsere temporibus nostris catholici reges granatense regnum, innumeris expēsis, maximisq; laboribus obtinentes: Sarracenos, qui terram illam incolabant, superantes: Pro quō beneficio nobis impēso, gratias reddere Deo nō opis est nostrę. Claruit imperator noster Carolus quintus, aduersus Germanos hereticos fortissime pugnans.

¶ Ceterum, fortitudo, quā facerrimus vates Esaias, inter spiritus sancti dona recenset, morali fortitudine præcellens est. Hanc sanē Deus optimus electis suis impartit, sua gratuita dignatione, qua sulti vitam æternam ob oculos habentes, nedum diuitias fallaces flocipendunt, sed tyrānotum minas respuentes, & sanguinem suum sponteq; effudentes, imō vitam amore Christi Iesu vltro exponentes, triumpho mirabili laureati, etherea regna possidēt. In quorum laudem Apostolus velut cælica tuba resonat: Fortes facti sunt in bello: Obturauerunt ora leonum: extinxerunt impetum ignis: Sediti sunt, tentati sunt, in occisione gladij mortui sunt. Vides stupendam sanctorum fortitudinem, quam imitandam, tibi apostolus depingit: quam etiam Romani, grecanicq; principes minime agnouerunt. Illi

Bella fugienda.

Sanctorum fortitudo

Hebre.

vt coronā corruptibilē acciperent, agones subire non time-  
bāt: nos vero, quibus pollicetur Deus imarcescibilem lau-  
ream, & sertum floribus vernantibus contextum, quod  
nunquam marcescet: quam obrem fortes in profligandis  
spiritualibus inimicis non erimus? Obturemus fortiter le-  
onum ora, demones & eorum confractus superantes: ig-  
nis impetum extingamus, carnis lenocinia, eiusq; motus  
effrenes coercendo. Habet Christiana pax suos martyres,  
vt testatur sanctus Ciprianus, alioquin saluator nō diceret:  
Qui vult venire post me, tollat crucē suam. Verum eccle-  
sia sancta utrosq; flores profert, rubeos & candidos: Rubet  
in martyribus, candet in virginibus & confessoribus.

¶ Quisquis hanc virtutem affectat, cum regali propheta  
corde & ore dicat: Fortitudo mea, & laus mea dominus,  
& factus est mihi in salutem. Et iterum: Fortitudo mea, &  
refugium meum es tu. Vides quam nihil sibi fidebat, imo  
totus a Deo pendens & alius virtuti confidens hęc dicebat.  
Hac summi Dei ope fretus, Goliath superbum prostra-  
uit, non Saulis armis munitus: Hac virtute ex alto robo-  
ratus se penumero Philistin deuicit, & trophea complu-  
rasibi vendicauit. Hac fortitudinē fultus Eleazarus, ele-  
fantem gladio suo interemit, belluamq; immanissimā lo-  
ricatam interficiens, immortale nomen sortitus est. Ve-  
rum rex fidelis fortitudinem a Christo Iesu accipiet, si to-  
to pectore ei fidat, sibiq; nihil fidat. Talis plane cum apo-  
stolo clamabit: Omnia possum in eo, qui me confortat,  
Quandoquidē vox imperterritę mētis testis est hęc, quin  
leonis rugitum dicam: quippe qui (vt scriptura sancta do-  
cet) ad nullius pauebit occursum.

Regem præcipue decet, iu-  
stitia fulgere. Ca. 15.

S. Cipria.

Psal.

Macha.



**S**obrietatem, & prudentiam docet, virtutē, & iustitiam, quibus vtilius nihil est in vita hominibus, Sapi. 8. Tanta est virtutum ad inuicem vicissitudo; atq; vnitas, vt qui vna tantum caret, nullam habeat. Verum vt de vitijs fateri oportet, quod magnam habeant concordiam, ita vt teste Iob. Velut scama scame iungitur, & non est spiraculum vite in eis: ad eundem modum virtutes habent vicissitudinem, quipæque ordinem, & concetum mirabilem continent. At qui si princeps, prudentiam, sobrietatem, & fortitudinē a Christo Iesu virtutum omnium fonte, accepit, & tribus ijs mirificis virtutibus iam pollet, fas erit, pro viribus iustitiā queritare, sine qua regna dilabuntur & facile labefactantur: Imò hac deficiente, euestigio rex in tyrannidem impinget. Ceterum iustitia habitus est, secundū quem, quisq; dicitur operatiuus per electionem iustitię s. ethicorum. A qua diffinitione non iuris periti abhorret: iustitia (inquiunt) est perpetua & constans voluntas ius suū vniciq; tribuens. Vbi actum iustitię pro habitu posuerunt, veluti sanctus Augustinus de fide loquutus est: Fides est credere quod non vides. Quod vero sanctus Anselmus libro de virtute, iustitiam rectitudinem vocat, & diuus isidorus li. 10. ethimologiarū, hominē iustū appellet, quia ius custodit: id ipsum esse, quod iuris periti de iustitia dicūt, nemo est, qui nō sciat. Nihil controuersię inter hos doctores inuenitur. Ad hæc, quanquā nomē iustitię omnes virtutes amplectatur, quia sunt bonū hominis secundū rationē, vt beatus Diony. c. 4. de diuinis nominibus asserit: Nihilominus iustitia virtus est singularis, equabilitatem quandam significans, & ad alterum dicitur. Vnde optime in voluntate collocatur, quò actus omnes recte gerat. Quam obrem in iustitia splendor plucherrimus rutilat, & ab illa, quisq; iustus vocitatur. Haud dubie inter omnes Cardinales virtutes prudentia primas tenet: deinde precelentior ceteris, iustitia comprobatur: post hæc fortitudo collocatur, & Teperantia, ex quibus quidē, boni operis structura cōsurgit teste

Iob.

S. Augus.  
li. 2. de ci  
ui. c. 21.S. Tho. 22  
q. 58. ar. 1.S. Tho. 22  
q. 58. ar. 3.



Regalis institutio.

Pfal.

Eccle.

Matthe. 7

Tobie. 4.

teste sancto Gregorio lib. 2. moralium. Sane si iustitiam quis habeat ad se ipsum, ratione imperante potentis, irascibili & concupiscibili, methaphorice iustitia tunc appellatur, vt Philpopho placet 5. ethicorum. Itaq; siue iustitia ad alterum sit, siue ad se ipsum, vtrancq; Spiritus sanctus diffuse docet, qui illabitur mentibus nostris, modo quodam ineffabili. Hinc regalis Propheta obnixè orabat: Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi: Quod perinde est ac si diceret: Tu domine creator meus es, ideo te magistrum ac doctorem interpello: Supplex discipulus adest, bonitatem doce, quæ in iustitia sita est: disciplinamq; & eruditionem non auferes a famulo tuo te precanti: scientia autem, qua ignorantie meæ tenebras dissipetur, tua dignatione largire: Ecce mandatis tuis fido, & te patrem beneficum profiteor, a quo bona cuncta profluunt. Equidem homo suapte natura, ad iustitiam seruandam propensus est, dicente scriptura: Fecit Deus hominem rectum. Obserua quanta nos virtute Deus optimus insigniuit, factus est homo rectus vt equitatem amaret, eamq; cū proximo suo, pro viribus seruaret. eo attinet quod saluator noster ait: Quod vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis. quid precor sacratius, quidve iustius dici potest: habes opus legis scriptum in corderuo, legito eam, & obnixè serua, quæ dominus mentitue inscripsit. quod optas tibi fieri, alteri fac: & quod abhorres, nullatenus proximo inferas. idq; Tobias magnopere olim filio suo commendabat, monita salutis ei preuens: Quod ab alio oderis tibi fieri, ne alteri facias.

¶ Quid multis moror? apostolus iustitiam tanquam loriam admonet induamus, eo quod omnes virtutes morales connexionem quandam habeant, vt iam ostendimus: & velut armatura fortissima muniant nos aduersus inopinatos inimicorum nostrorum impetus. State, inquit, induti lorica iustitiæ. indutus iustitia is est, qui mandatū domini adimplet, qui de proximo suo bene mereri studet, iacturam ei non



ei non infert multis retro: seculis dictum nobis est: Non habebis in sacco diuersa pondera, deuter. 25. Summo pe re cauendum est, quod dominus hic vetat, vt iustissimus; ne vt filij hominum, mendaces in statheris inueniamur: nos ipsos decipientes. equa lance, equaliq; pondere, omnia ex pendamus, que ad proximi commodum concernunt: nam hoc est proximum vt nos ipsos diligere. nec alio spectat illud: stathera & stathera, pondus & pondus, abomina tio est apud dominum. inere execratur Deus iniuste agen tes, & diuersa pōdera habentes domi: quum iustus ipse sit, & æquitatem videat vultus eius, cuius videre complacere & approbare est. Nihil plane magis iram sumi iudicis pro uocat, quā iniustitia nostra, qua fratres nostros adorimur cruciamusq;: Imò iactura, quam in fratres exercemus, san guis Abeli iusti est, è terra clamans, atq; cælos penetrans vindictam imprecans.

¶ Satis tremenda sentētia philosophi est, ethicorū 4. malū se ipsum destruit, vt vermiculus in ligno ortus, lignum ip sum corrodit: ita malum quoduis suapte malitia sese enc cat: quod de iniustitia precipu: locum habet. hæc sane vel maximè, in regna potissime degrassatur, & ea subito depo pulari solet, scriptura testante ac dicente: regnum a gēte in gētem transfertur propter iniustitias. Causam rogo obser ua, quare imperia labascunt, propter iniustitias inquit. Quas ob res hebrei sepenumero obsessi & in captiuitatē redacti sunt: quāquam populus Dei selectus & peculiaris, vnicus in toto orbe fuerit, de quo dominus: primo genitus meus israel: nō ob iniustitias, quas patrabant, Deus opti mus non pepercit: quin potius, tā per Caldeos, quam Ba bilonios, inænon per Romanos sepe afflicti & destructi fuere: quid de rege Balthasar referam, cuius scelus funestū committit, vt ad Medos, & Persas regnum illius trāsiret, iuxta Danielis vaticinium: deficeret me tempus si innu mera id genus recensere vellem exempla. Hinc obsecro re ges agnoscant, vnicuiq; quod suum est impertire, de omni

Psal.

Malū se  
destruit.

Eccle. 10.



Pro. 14.

bus bene mereri studentes, ita vt nulli noceant, iacturā vel leuem, minime inferant. Pulchra extat sententia Salomonis regis, memoriæ comendanda: Nihil proderunt thesauri impietatis, iustitia vero a morte liberat. Sed de hoc in tertio tractatu, domino opitulāte, fusius videbimus.

## Regem oportet passionibus

bene uti. C. 16.



Um essemus in carne passionibus peccatorum, que per legem erant operabantur in membris nostris. Roma. 7. Non abs re nonnulla de virtutibus primò enarrauimus: nam illis vellut reinaculis aut frenis, omnes animę passionibus moderari nos oportet: Alias iumentorum in morem, vita nostra, vt propensa est ad malum, ad ima dilaberetur: Imò bellis ipsis peiores efficeremur, eo quod execratius est a similiari quā nasci. Atqui quotus quisque nostrum est, qui passionibus animę non caciatur? Nempe Vas electionis querimonia faciēs, aliquādo lacelsitus ingemiscit: Infelix homo, quis liberabit me de morte corporis huius. In carne quidē fuit, dum quę carnis erant sequebatur: ob id passionibus operabantur in membris eius: tametsi factus vir, vbi Christum Iesum agnouit, credidit, & intime amauit: quę erant paruuli, hoc est legis vmbatica & cęremonias penitus euacuauit, & abdicauit. Sane aliud est viuere in carne, & longe aliud carnis legibus parere. vnde alibi clamat ipse: in carne quidem ambulantes, sed non secundum carnem militamus. O incredibilem vanitatem, & horrendam dementiam, eorum qui eō cęcitatibus deuenerunt, vt puerilia carnis, & corporis nenas sequuntur. Par erit post sacri baptismatis vndā, quę paruulorum sunt euacuare: ne de nobis, infelix eloquium illud dici possit: Vsq; quo paruuli diligitis infantiam, & stulti quę sunt sibi noxia cupiunt. paruulos appellat eos, qui parua & futilia bona affectāt, æternis thesauris posthabitis. stultos iure vocat, qui voluptates



tes amplexantes, delectationes, quę in dextera Dei sunt nihil pendunt. Sed ad passiones, de quibus loqui cœpimus redeamus: quippe quę sancto Augustino teste. li. 9. de ciuitate Dei, multipharie sunt: Greci tamen eas, pates, appellant. Cicero autem perturbationes animę illas vocat. has si numerare volumus, duodecim sunt: Amor, odium, desiderium, abominatio, delectatio, tristitia, spes, desperatio, timor, audacia, ira, māsuetudo: quę quidē nō vt stoici autumant morbi animę semper sunt, & ideo execrādę: sed rationis gubernaculo ordinate, valde vtilis & laudabiles Aristoteles esse asserit. 2. ethicorum.

¶ Nihil est, quod magis affectus immodicos destruat, quā si rex intime bonū commune diligit, quod diuinū philosophus appellat: Nempe si vtilitatē regni suo commodo pretulerit, omnes animę passiones moderabitur. Ratio in propatulo est, nā ex amore, velut ē fōte, omnes alię passiones dimanāt, sancto Augustino teste, libro. 14. de ciuitate Dei: Nonne principes regni sui bonū impensius diligentes, iustitia, prudentia, aliisq; virtutibus fulgebunt, & regna sua ampliabunt: verū iniquorū flagitia odientes vt par est, pœnis cōmeritis illos plectēt: magno affectu flagrātes, quore publicam augere valeāt: & vt vno verbo cuncta coplectar, Rite ministerio suo fungētes, sedulo Deo optimo insaruient: necdum se ipsos sed regnū, tam terrenū, quā eternū vindicabunt: peculiare affectus, vt fas est, rationi subijciantes: quo quidē imperio nullū est preciosius.

Sunt tamē quatuor passiones, quę inter hæc duodecim primas tenent, vt pote: gaudiū timor, spes, tristitia: ad quas omnes alię reducūtur, 2. ethi. vnde optime boetius seuerinus canit:

Gaudia pelle, pelle timorem.

Spemq; fugato, nec dolor adsit.

Mitto nunc tyrannū infœlicē, qui potius amore sui quam populi, omnia gerit, cui nihil curę est de communi vtilitate, sed in hoc totus est vt lucra, laudes ve inanes acquirat: is passionibus suis obediens, mancipium agit, non

Dñ regem

S. Th. 22  
q. 22, ar. 2

4. Animę  
passiones

Iniquorum  
dementia

Danie.

Gene.

Psal.

spes vera.

regem, veluti de Dionysio improbo, & Nerone, alijsq; cō pluribus munimenta extant. o dementiam modis omnibus execrandam, eorum qui rationis dono insigniti, dicta men illud rectum spernunt, belluarum imaginem induentes: tot tyrannis, quot passionibus obtemperant, seruietes. Nec abs re, in Daniele scriptum est: de rege cruentissimo cor ferē detur ei, vt fera inter iumēta pabula carpat, nudus incedat, & istar pecoris heremum scalentem habitet. ij nō modo in presenti, sed in futuro seculo, pœnas dabunt atroces, & stupēdas, desiderantes mori, fugietq; mors ab illis.

¶ Sumatin hęc dicam. Quisquis peculiare passiones rationi subiugare cœpit, dicente Domino ad Cain: Sub te erit appetitus tuus & tu dominaueris illius: non tibi blandiatur, aut a more sibi adhereat, ne vt Lucifer & Adam, miserē corruat labaturq; Deum optimum super omnia diligit, sedulo comune bonum, & totius regni vtilitatem querit: ne dum diligit iniquitatem, animam suam odiat, quemadmodum insolentes agere solent: Quin passionibus suis reluctetur, & reluctando, auspicijs diuinis vincat. Quo attinet illud: Prope est Dominus inuocantibus se, inuocantibus eum, non subdole, aut fide, sed in veritate. Is non futili sed vero gaudio affectus, non peritura letitia, sed stabili perfusus, cum apostolo dicere poterit: superabundo gaudio in tribulationibus meis. Hic spe beatitudinis consequēde roboratus, quę quidē spes ex gratia & meritis confurgit, haud quaquam dolore adortus, aliquando ingemiscet, aut quauis carnis passione cruciatus, succūbet: imō cum regali propheta concinet ouans: Laqueus contritus est, & nos liberati sumus: vel cū apostolo exhilaratus clamabit vbiq; Gratias Deo, qui dedit nobis victoriam, per Iesum Christum Dominum nostrum, Quiq; certandi virtute affatim athletis prestat, cū eis, & in eis certās. Taceo de tabella, quam Stoici philosophi, in opprobrium quorundam philosophorum depinxerunt, vbi voluptas in solio excelso sedebat, circumquaque virtutes omnes habens,



habens, quippe que voluptati vt regine inferuiebant. Id  
quod latius factus doctor Augustinus recenset libro 5. de ciui-  
tate Dei. cap. 20.

Sanctus  
August.

## Regem maxime oportet Deo

optimo, pro virili inferuire. Ca. 17.

**S**ERVITE reges Domino in timore, & ex-  
ultate ei cum tremore, ps. 2. Regalis Prophete  
sunt verba hec, que ad instituendos reges om-  
nes, ipse ore suo protulit, a quibus opus hoc me-  
rito auspicati sumus. Par erit post virtutes omnes adnume-  
ratas, quas princeps vendicare debet: post passiones ani-  
me, quibus valati sumus, velut infelissimis hostibus obli-  
ti, quocumq; incedamus: vt de obsequio Dei non nihil trahe-  
mus, cui omnes obedire tenentur & maximè reges: Quicq;  
velut imago sunt in terra celestis regis Christi Iesu. Nem-  
pe si primates, regem Dauid, ceu politissimum exemplar  
& speculum, ob oculos habuerint: si poenitentiam auste-  
rissimam illius penitus aspexerint, non mundo fallaci, sed  
creatori: non carni putride sed totius mundi gubernatori  
iuge obsequium prestabunt. Non quidem verbo tenus, sed  
quod plus suadet, exemplo, sanctus rex clamat: Seruite  
Domino in timore: quod perinde est ac si dicat: non diui-  
tijs perituris, famulatum exhibeatis, non corporis lutei le-  
nocijs obsequia prestetis: Non deniq; honoribus, qui su-  
mi instar euanescent, curam deferatis: Quin potius Deo  
optimo maximoq; vota persoluatist vestra, Qui solus san-  
ctus, solus immortalis, qui solus dicere valet: ego Domi-  
nus & non est alter: Ac proinde solus quouis obsequio  
dignus. id plane nature ius nos docet, hoc diuinum fas &  
lex proclamatur: Imò quisquis tanto actali Regi obedire  
spreuerit, is nimirum nature foedera, & diuina edicta teme-

Esaï.

Psal.

re frangit, & valde improbus ac efrons contemnit. Vigilanter omnes seruiendi Deo subtilem artem considerent, titulo tam insigni gaudentes, & toto corde iubilantes: nam seruire Deo utiq; regnare est. Nulli dubium quin omnes sancti, hoc precellens nomen, regnis & sceptris pre ferebant. Regem David audiamus quanti titulum hunc faciat: O domine (ait) quia ego seruus tuus, & filius ancille tue. Vulgarem emphasim non estimas exclamationem hac o Domine: quod est dictu: Hec mea magna dignitas, hoc totius honoris mei fastigiū, cui par esse nihil queat, vt me famulum ore & corde profitear, te Dominum iure optimo appellem, te regem regum predicem, & mancipium tanti imperatoris me vocitem.

¶ Dicat ergo catholicus rex, & toto pectore dicat: O domine quia ego seruus tuus, & filius ancille tue: Seruus tuus sum, mandatis tuis per omnia obsequundās: & ideo me beatum estimo: filius ancille tue sacro sancte Romanę ecclesie, in qua sunt: quippe que me vnda sancti baptismatis genuit, lacteq; candidissime doctrine me aluit, sanguinis & corporis tui pabulo me enutriuit, ceteris & sacramētis me subleuauit: seruus tuus sum, quoniam filius ancille tue sponse tue, quā vnice sic amasti, vt te ipsum traderes pro ea, exhiberesq; tibi sponsam gloriosam, non habentem maculam neq; rugam: Huic sponse tanti regis pareo, mādati eius lubens obtempero, hanc maximo honore vtnobilissimam reginam prosequor. Scio quidem & non me clam est, malignantium ecclesiam extare, que heu, vt vipera, tot filios geniminaq; viperarum peperit, & postridi um atq; intempestiuos enixa est, serpenti versuto sathane adherēs, qui vt mendax est, sic & pater mendacię Saluatore, rite nuncupatur. Hinc tot heretici infelices, hinc scismatici impudentes prodierunt, animas fidelium suis eōmentis adorientes, & pro sua virili infestantes. Atqui ancilla tua domine Deus omnipotēs, sponsa intime dilecta, vna est in terra, que celestem illam Hierusalem per omnia

Ecclesia  
malignā  
tium.



nia imitari conatur. Verum pro tā ingenti dono mihi im-  
pēso, gratias debitas agere opis mee nō est. cōserua precor  
domine, quod semel operatus es in nobis: fidē integram,  
charitatem flammigeram, spem firmam, quas a te gratuito  
accepimus, seruare non desinas.

¶ Nemo miretur, si hanc orationem regibus suauissimus  
quotidie dicendam, quum saluator tribus apostolis in  
horto p̄cep̄erit: Vigilate & orate ne intretis in tenta-  
tionem. At ipsis dormientibus, inimicus homo venit, &  
sathanas non defuit, qui timore eos concussit, & tan-  
dem Christo Iesu relicto omnes fugerunt. Vides quan-  
tum frugis habeat fidelis ac feruens oratio. seruite do-  
mino reges & primates terre, Papę imperio vos ipsos  
submittentes, quibz Christi vicem gerit in terra, cui di-  
ctum est: Tibi dabo clauēs regni cęlorum. huic filij mo-  
rigeri obedite, vt sancta concilia decernunt, quin etiā impe-  
ratori p̄ceptū est, vt filius tanti matri obediens sit. Quod  
quidē in cōcilio Niceno tēpore Siluestri, qui legatos suos  
misit, & Constantino impetatore astante, iure optimo de-  
cretū legimus. deinde in Constantinopolitano cōcilio, Ci-  
riaco p̄sule, vbi adfuit Theodosius, id ipsum sancitū in-  
uēniamus. Tertio Epheisino concilio, Theodosio iuniore  
p̄sente, Celestino papa ecclesiā gubernāte. Quarto deni-  
que Calcedonenis concilio rursus statutū est, vt imperator  
omnesq; reges summo pontifici vt patri obediant, Leone  
papa, & Marciano imperatore interessentibus.

¶ Seruite reges domino in timore, libertates ecclesię ve-  
reamini oportet, qui domorum vestrarū priuilegia tanto  
pere obseruatis: Ornamentis, & argenteis vasis, ecclesia-  
rum inopiam subleuate, & regis Dauid exemplum acci-  
pite, qui magno affectu templum domini condere deside-  
rauit. Sed quia vir sanguinum erat, magnam auri & ar-  
genti pondera Salomoni reliquit, tam pro edificijs con-  
dendis, quam vestimentis, aureisq; poculis fabrefacien-  
dis. Quid multa? mulieris sanctę Elenc regine, verba

P̄sal.

Matthe.

Reges vt  
patri sum-  
mo p̄tifi-  
ci pareāt.



Regalis institutio.

Regina.  
Elena.

audite: Ego in regnis, & crux Christi Iesu regis regum in puluere iacet: Et iterum: ego quidem in aulis deauratis, & saluatoris mei tropheum humi est prostratum: mira res, Romam reliquit & hierosolimam adiit, nec quieuit, donec lignum vite inueniret, adoraretque. sane fides ipsa non patitur, nec ratio sustinet, ut vos vermiculi aureis poculis bibatis & edatis, sanguinis vero saluatoris nostri, eneis in calicibus consecretur. sed quo mihi laborum excito, aut inde lamentum accipiam, quum non modo, quibusdam regibus & diuitibus tanta adit ignauia in re hac, sed prelati, qui ecclesiis president, aliquando super mesam candidiora habeant lintamina, quam altari Dei, ubi agnus ille Dei, qui tollit peccata mundi, nobis quotidie edendus ponitur: Auertat dominus Deus hoc placulum, de quo plura dicere, vehementer pudet.

S. Th. 22.  
q. 19. ar. 4

¶ Ad hec: seruite domino in timore, non tam seruili, quam filiali. Ille quidem non magnopere laudatur, quoniam homo iussa Dei, ut gehene incendium euadat, implet, quod mancipijs peculiare est. At filialis timor, usque adeo laudabilis, ut de illo propheta loquens dicat: Timor domini sanctus permanet in seculum seculi. Cui concinit beatus Ioannes: perfecta charitas foras mittit timorem. Ecce quibus preconijs filialis timor dignus sit: in angelis & in beatis ad inuenitur. Quo timore satis laudabili reges timeant regem regum Christum Iesum, legem illius opere adimplendo. Idque fiet si in splendore ortus eius ambulent, ut Esaias olim vaticinatus est: Stellam fidei sancte non dimittant, & si Herodes versutus, in via hac obuius exeat, Parui existiment visibilia oportet, que nec si ad diem duratura sint ignorant: Pectorique suo insculptum habeant illud Esaię, cunctis mortalibus contemplandum: Omnis caro foenum, & omnis gloria eius quasi flos foeni. Omirabilem sententiam toto pectore amplectendam, ubi ad fabre hominum fragilitas depingitur. Omnis caro foenum inquit, siue nectareis cibus sit nutrita, ut est caro regis, siue agricolę rudis, aut pauperuli hominis, qui grossiori-

Psal. 18.

Esai.

Esai. 40.

bus



bus pabulis alitur. Verum si caro est, quantulacumq; sit, foeni in morem, breui ad modū arescet, & fumi instar euanescet. Quid obsecro iuuentus, forma venusta, & pulchritudo, robur corporis, & alia id genus, nisi inanis foeni virentis flos? Alioquin sanctus Iob non diceret: Qui quasi flos egreditur, & conteritur & fugit velut Vmbra. Verbis sane consequi nemo potest, quot calamitatibus, quot periculis, quot deniq; precipitijs, & malis, caro nostra sit obnoxia. Regis Salomonis preconium reges ipsi audiunt: Vanitas vanitatum dixit ecclesiastes: vanitas vanitatum & omnia vanitas. Bis eadem verba nobis inculcat, ne forte memorię effluent. Consequens est vt reges in timore filiali regi regum Christo Iesu immortalis obtemperent, cuius regnum de hoc mundo non fuit, vt coram infelicissimo Pilato, ore suo benedicto deprōpsit: Exultetq; ei in tremore, ne plus nimio honoribus, diuitijs, aut mundi gaudio indulgentes, a fide sancta, spe, & charitate sese excidant. Prudentia, Iustitia, Fortitudine, & Temperantia præfulgeant, ne tehcnis sathane, & carnis assaultibus, aut mundi anfractibus irruentibus, misere succubant: Certo certius scientes, ingentia esse bella, quę versutus demon, caro iniqua, & mundus fallax contra eos quotidie moliantur. Siquidem de rege Saule non abs re legimus: Totum pondus belli versum est in Saul.

¶ Mirabile dictu, philistinorum omnium vis, & astutia, non tam regis exercitum profligare contendeat, quam ipsum regem, vt eo victo, exercitus illius facile succumbeat, quod rei euentus ostendit. Timeant ergo prelati & principes, sathane, mundi, & carnis astutiam, quę grauiora certamina contra eos excitare solet, quam aduersus populum. Quid precor rex ipse in regno nisi dux in exercitu, quo superato cunei fugiunt, vt de Holopherne cōtigit: Nauta est in nauigio, quo interfecto, nauis hac & illac ponti vndis quatitur, & tandem in scopulos impingens illiditur. Cor in corpore, rex in regno est, quo interempto

Eccle. I.

I. Re.

Regalis institutio.

In apolo  
gia. dauid

sensus omnes & vita deficit, subinde corpus exanime & fœdum manens. Tandem principem solem in cœlo dicam, quo obnubilato, astra cœli, & quę in terra sunt tenebrosa, & velut in media nocte cęca manent. Sane omnia hæc incōmoda, & longe maiora accidunt regno, si quando rex a vitis superatur, carni & mundo inseruiens, & rebellis mādatis Dei reluctatur. Optime sanctus Ambrosius asserit castum regis pœnam esse populi: Quod perspicuum est in regno Hebreorum, quando Dauid populum numerare iussit. Ex quibus septuaginta millia angelus interfecit. Dauid ingemiscente, & dicente: Ego domine sum qui peccavi, ego qui iniquitatem feci. Mitto nunc Pharaonem, regem Balthasar, Nabucdonosor, & alios complures, qui ob delicta sua nefanda, regna amiserunt.

¶ Nemo obsecro mihi succenseat, quod plus solito, in Capitulo vltimo tractatus primi, detinuerim lectorem: Est quidem basis & totius edificiū fundamentum, in his verbis Dauid positum: eam ob rem breui compendio eadem referā. Seruiet ni fallor rex fidelis summo regi Christo, si orationibus, vt alter Dauid instet, congruis temporibus Deo vacans: Si rem sacram quotidie ardenti fide, & affectu seruido audiat: Si ecclesię sanctę iura seruet, ac violare ministros suos nullatenus sinat: Si ecclesię paupertatē subleuauerit, & eius ministros honore debito prosequutus fuerit: Si viduarum & pauperū oppressiones tollat, & elemosynis inopes solari, modis omnibus studeat: Si gula pessime, quę morborum seminarium, & fons est, nō indulgeat: Nec ludo aut venationibus deditus, regni negotia deserat: agricolis vel minimam iacturam mensium & vinearum non inferat: Dicente domino: noest bonū sumere panem filiorum & mittere canibus: Si pacem sue ditio nis pro virili sua custodiat. impios pœnis commeritis plectens, & virtute candidatus euehat, ybianimi dexteritate est opus: Tandem castum connubium, & thorum immaculatū custodiat, nevt salomō a mulieribus deceptus pereat

Sed



Sed christi Iesu amicitiam custodiendo atq; conciliando  
 celeste regnum obtineat: Salomone clamante: Qui di-  
 ligit munditiam cordis, habebit amicum regem,  
 Alioquin habebit Deum inimicum & vl-  
 torem, seuerumq; iudicem: adeo  
 vt respiciens terram, treme  
 re eam faciat.

# TRACTATUS

## secundus, vbi de gubernatio

ne domus differitur, regibus admodum utilis, quibus maxime intereat, domesticorum suorum curam habere. C. 18.



Demonis  
tendicule

AMBLANS IN VIA  
immaculata, hic mihi ministra-  
bat. Satis abunde me dixisse ar-  
bitror, iam pridem præcedenti ca-  
pitulo indicas, imò toto tractatu  
explanans, quanti in principem  
deceat virtutes omnes habere,  
ne qua aditus pateat infestissimis  
inimicis: sathane, mūdo, & carni,  
quippe qui hostili incurfione  
nos adoriri nō cessant, etiam no-  
bis dormientibus. talis quidem  
est eorum genius, vt suapte mali

tia tendiculas, & retia nobis parent: ne in ethera fœlices  
conscendamus, sed in teterrimum baratrum descendamus.  
Quas ob res, factus propheta, qui semel reges erudire cœ-  
pit, pericula ingentia experimento agnoscens, quæ ad bo-  
nam domus proprię gubernationem attinent, docet. Pri-  
mo de optimo sui ipsius regimine sermonē fecit dicens:  
Seruite reges Domino in timore: legem Dei per omnia  
seruate: & legem carnis, omni animi dexteritate abolite.  
Nunc ipse met descensu Economica tractare incipit  
verbis nuper præassumptis. Ne fortasse dum rex optimo  
Deo inservit, familiares illius temere, ac procaciter domi-  
num cæli & terrę Christum Iesum suis sceleribus prouo-  
cent,



cent, iramque eius irritent. Quam in re, quoniam seria res & magni ponderis est, rex sanctus non quosuis ministros eligebat, sed delectum agens, eos duntaxat accersebat, qui virtute candidi, & a peccato immunes erant. Verum hic opus, hic labor ingens est & nisi omni librata ratione expeditoque consilio, id fiat. nec tantum rex, ingentem laborem sibi comparauit, sed anime sue periculum non vulgare accersuit. peccatus meum & animum palam iam faciam, fieri non potest, ut fidelis seruus sit regi, qui alias rebellis & male meritis fuerit erga creatorem suum, & totius orbis dominum. idque conspicuum est in Ioseph Iacob filio, qui prope qui tanta fidelitate primo, Deo summo seruebat, ut domini sui uxorem, vel tangere nollet: quamquam eius pro cacitate sepius adortus & illius lenocinis incessitus, tanto pere eum pellicere, ac decipere nitebatur. O fidelitatem stupendam, angelicis choris admirandam: O mirabilem tantum viri, angelicam, ne dicam constantiam & candidum peccatus: palium in manibus improbe mulieris ultro reliquit, mundus euadens, ne anime vestem sole pulchriorem & niue candidiorem amitteret, quippe que castitas pulcherima est. Ecce vides, ut sanctus Chrysostomus ait: dominam misericordiam peccati ancillam effectam, & Ioseph seruum fidelem, dominum ac regem, qui infracto animo Luxuriam vicit, leenam hanc seuentem, castitatis telo magnifice superans atque gloriose triumphas.

¶ Quis obsecro verbis dicere veleat, quanta solertia, quae vesedula vigilantia, in via immaculata, domino suo, etiam ethnico, seruerit: aut quis pro dignitate narrare poterit quantum Pharaonis diuitias sua prudentia auxerit? Cuias es tu, qui diuitias regales sollicitas, & te diuitem facis tantum? cuias es tu, inquam, nostras es, an exterus? an epicureus, & non studiosus christianus, cui Ioseph exemplum pro oculis non habes: nempe hic seruus prudens, non modo regi profuit, sed vniuerso, regno tempore, quo valida fames, vniuersum prope modum orbem grasabatur. Vides  
quan

Nota.

Gene.

Regalis institutio.

.r. Re

Hester.

Eccle.

quantum compendij seruus fidelis pre se ferre soleat, imo ex illius fidelitate, regis & regni lucrum pedet. At contra seruus nequam, pernitium & iacturam incredibile domino suo, iuisque rebus inferre quis dubitet: argumento nobis sit, pessimus ille Architophel, qui Absaloni consilium dedit, aduersus patrem suum bene meritum. Ad hec, Amasanus, qui populum Dei, vna die interire tentauit, regem Assuerum prouocauit, & ob id patibulo crucis adfixus interijt. Utinam hodie non essent plures Architopheles, aut semel Aman destructum esset omnino: nempe consilijs prauis deficientibus, deficeret Absalonis & Asueri delicta. Quam recte admonuit qui dixit: omnes pacifici sint tibi, vnus ex mille consiliarius: hoc est pauci sint oportet & inter multos selecti, a quibus consilium accipias.

¶ Quam sit nature consona, domestica vita, ex hoc notissimum apparet, quod homo suapte natura est animal sociabile: A deo ut qui solitariam vitam duxerit, vel Deus sit, contemplationi eorum, que Dei sunt vacans: vel belluam, aliorum societatem ferre non valens. i. politicorum. Multa sunt, que nostram suadent assertionem: primo, ciborum & vestimentorum necessitas. Secundo, hostium incursiones & imminencia pericula. Adde quod facultas sermonis ad societatem, nobis data est: quippe quam solus homo possidet. est ergo prima societas, ex qua omnes alie confluunt, societas domestica. quam obrem non sine magno consilio est coadunanda, nam ex bonitate ciuium bonitas regni orboritur. Ceterum quonia dominus intellectu viget, seruus vero intellectu deficit. i. politicorum. ideo utriusque frugifera est communitas domus. si ergo dominus toto pectore Deum timet, cum regali propheta dicat: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat: hoc est: Quos comperiebant, iuste & fideliter in lege domini conuersari, huiusmodi elegi ad ministerium meum, eosque exaltaui ad officia domus mee obeunda, atque rerum gerendarum omnium sponte

Psal.



sponte administrationem illis dabam.

¶ Lubens mitto, quod diuus Augustinus psalmum hūc explicans, dicit de ministris sacrosanctę ecclesię, quę domus Christi Iesu est: vult plane, vt prelati, predicatores, & sacerdotes candidi sint, & sancti: alioqui non Christo ministrabunt sed sibi, lucra sua honoresq; venari cupientes: de quibus sanctus Paulus flēs, clamat: omnes querūt quę sua sunt non quę Iesu Chhristi. multi quidem sunt querentes munera, & sequentes retributiones, teste Esaia, pauci vero, qui pauperibus ministrare studeāt, oues errantes per vitrorū abrutata diligenter querant, inuentas vt fas est solentur, & eis vt par est mederi laborent. Sed ad curam domesticam regrediamur: videant principes quam pacifice serui sui se habeant, ne dissidia inter domesticos insurgant, ne aliqua noxa eos inuoluat, aut piaculum quoduis illos irretitos teneat: quin etiam immaculati sint & omni pietate insigniti. verum magna laus regi Salomoni data est, quando regina Sabba ordines ministrantium videns, exclamauit: beati serui tui, qui stant coram te, & audiunt verba tua. at contra ingens approbrium est regi, seruorum suorum vitanequam: nempe vt filiorum scelera, ad patres referuntur, sic seruorum piacula, dominis suis ascribuntur. sed quid rex Dauid, statim addidit audiamus: non habitabit in medio domus meę; qui facit superbiam: idest, non modo iniquos ad ministerium domus meę non accersam, sed iam ascitos, & Diu susceptos, quamprimum superbia turgidos agnouero, foras eñciam. Quid obsecro, si blasphemos, adulteros, aut fornicarios inueniret? Nempe si dominus seruos suos perperam agere sustineat, plagis vapulabit multis: dicente Apostolo: Non solum qui faciunt, sed qui consenciuunt facientibus digni sunt morte. consentit quidem, qui non corripit ministrum suū aberrantem, qui non arguit, & punit quę punienda apparent.

S. Augu.

3. Re.

Psal.

Re.

Quam

# Quam sit res speciosa, seruus fidelis. C. 19.



Si tibi seruus fidelis, sit tibi, quasi anima tua, Eccle. 33. Ratio ipsa omnibus indicat, maleuolum seruum, odio magno fore dignum, & plagis assiduis plectendum: Quo flagellis & cruciatibus humilis fiat, humiliatus vero corrigatur.

Eccle. 33.

Huc attinet dogma illud salubre: Cibaria, & virga & opus seruo. Laxa manus illi, & queret libertatem. & paulo post sic habetur: Seruo maleuolo, tortura & compedes, mitte illum in operationem, ne vacet. Verum si maleuolum seruum, ne efferatur, sic oportet torturis cohibere: fidelem ministrum, morigerum & humilem, par erit magnopere amare, intime atque vnite diligere: imò si huc inuenisti, tibi sit quasi anima tua, bene merito vt vita propria est diligendus: nam seruus organum est animatum, vt fatetur Aristoteles. Si ergo alterum Ioseph inuenisti (quod ardue & raro contingit) qui res familiares, quasi peculiarias gerit, prædia & supellectilem tuam flagrantissimis studiis sapienter gubernat & auget, nihil sibi relinquens, pro viribus illi faue, & modis omnibus eum honora. Nec abs re, de corpore nostro terreo, quod circumferimus, hoc intelligendum arbitror. quod si forte contumax, & rebelle spiritui nostro fuerit, tunc plane in seruitutem redigamus illud oportet, velut sanctus Paulus nos docet, tam opere & exemplo, quam verbis. atqui, si domino aspirante, post spirituales exercitamenta, orationes, amore Dei accensas, postque vigilias longas, ieiunia, & alia id genus, ita carnem (alias contumacem, edomasti, & in seruitutem redigisti, vt nullatenus instar Agar egyptiaca, contra Saram dominam suam insurgat, spiritui reluctans. sit tibi quasi anima tua, amabilis, & valde per omnia desiderabilis.



**¶** CO beatum virum, cui pax hæc calica contigerit. Fœlix  
 & nimium fœlix, qui cum sponsa clamare poterit in hoc  
 mortali corpore viuens: Facta sum coram eo, quasi pacem  
 reperiens. Partim nos plurimum solatur hoc verbum, par  
 tim non parum deterret nos. Quod in medio belli pacem  
 se inuenisse asserit, vehementer gliscit animus noster, quo  
 niam teste Iob: militia est visa hominis super terram. A  
 qua sententia, non absimilis est alia translatio, quæ sic ha  
 bet: Tentatio est vita hominis super terram. Insigne quo  
 dam & egregium est, in hac militia iugi, in palestra lu  
 ctatorum, vel pacem è cælo dilapsam delibare. Sed quid  
 sequitur: Quasi pacem inueniens ait: quædiu viuimus ma  
 nus conferamus cum domestico inimico necesse est. Ve  
 niet tempore præstituto pax illa Hierusalem matris no  
 stræ, sursum habitantis, de qua regalis Dauid iubilans ait:  
 Lauda Hierusalem dominum, lauda Deum tuum Sion:  
 quoniam confortauit seras portarum tuarum, & benedi  
 xit filiis tuis in te: Qui posuit fines tuos pacem, & adipe  
 frumenti faciat te. Dum pacificos muros, regie illius ciui  
 tatis audis, & ocellis fidei contemplaris, perfectionem &  
 æternitatem intellige: Vbi nullus inimicorum infestatum  
 accessus, nulla iacula persequentium nos attingere queunt,  
 nullus metus, nulla trepidatio esse potest: Sed omnia iucû  
 da, faustissima, & letissima, beatis omnibus abunde largi  
 tur ipse Deus optimus, quem in gloria sua conspiciunt, pos  
 sident, atq; ineffabili iubilo fruuntur. Qui vero ad culmè,  
 tantæ perfectionis prouehi affectat, vt cum sponsa pacem  
 in hac vita calamitosa inueniat, is cum apostolo, prius det  
 operam, vt Christo sit confixus, & poenitentię se tradere nõ  
 renuat. Quam si, vt fas est, egerit, domino patrocinate, di  
 cere audebit: Cor meum & caro mea exultauerunt in Deũ  
 viuum: Semper cauens, ne inimicum domesticum nutrias  
 ne carõ subdola in spiritum surgat, eo quod quædiu viuim  
 us, anguis latet in herba, in cauerna nostri corporis abdit  
 se virulentus serpens, & vipera obdormit delitescitq; in via.

Iob. 7.

Psal. 127.

Psal.



Regalis institutio. T

S. Augr.  
lib. 4. de  
ciui. c. 3.

¶ Ceterum ne forte quis alijs seruiens inœstitia quadam afficiatur, clamat apostolus: Seruus es, non sit tibi curę, ne cōtristatus incedas, neq; teipsum angore dissecare permittas. Nempe vir bonus, quanquam seruiat, nobilis ac liber est: At cōtra, sit quis ingenuus genere, perperam agens, is vitiorum & demoniorum mancipium est: dicente scriptura: A quo quis superatur, eius seruus efficitur: Quin etiā tot demoniorū imperio quis subijtur, quot vitia eum illaqueatum & irretitum tenent. Seruus es frater mi, non sit tibi curę: nihil tua reffert, modo cor liberū habeas, & Christo Iesu vt par est seruias. Mercedem copiosam in fine accipies a Deo, ob cuius amorem, temporali domino obtemperasti: ideo ex tristitia aut, ex necessitate nihil agas, quoniam hilarem datorem diligit dominus. Veh tamen illis, qui seruos suos, sic seuerē & vultu toruo aspiciunt, minas & maledicta in eos reñcientes, vt nihilo meliores barbaris ipsis sint. Hos quippe apostolus verbis terrificis taxat, & magno zelo accensus clamat: Qui suorum & maxime domesticorum curam non habet fidem negauit, & est infideli deterior. Mira res, quam seueris verbis, doctor gentiū in dominos, a pietate alienos animaduertat. Attentissime singula verba considera, habent quidem plurimum, tum veritatis, tū grauitatis & vtilitatis: Nunc sat sit, ea recēsuisse. Proh nephas, pudet me profecto inertie eorū, qui minīsteriū seruorum tantum amātes, nihil curę habent de cibo aut vestitu illorum. Quid plura? Maior est illis vigilantia atq; solertia de e quo suo, quam de seruo: pro quo saluator noster Christus Iesus, nedum sanguinem suum preciosum fudit, sed in cruce lubens oppetiuit mortem. Hęc maxime magnates considerent.

¶ Ceturionis Romani viri gestū, exemplo nobis sit, quippe qui, seruo suo egrotante, subinde adijit Iesum saluatorem nostrum, & procliuius orauit flagrantissimo affectu: Domine puer meus iacet in domo paraliticus, & male torquetur. Vide obsecro quanta sit vis & efficacia, quantaq;

i. Timo. 5


Mate. he. :



atq; virtute naturalis lex præfulgeat. Non frater erat, non filius, sed tantum seruus, & nihilominus lares propios deserens, egre non tulit, itinera longa arripere ad comparandam serui sui salutem. Tu vero è domo tua, seruum egrotantem eijcis, & in hospitem eum mittis? Istohc est christianum? heccine est charitas, quam Christus nostris inseruit pectoribus? Istehc est proximi dilectio, quam magno pere saluator mundi nobis, tum verbis, tum mirificis exemplis commendauit? Ius est vt infirmum subleues, & ei in seruias, qui incolumis & sanitate gaudens, obsequia tibi fecit. Ne abhorreas egrotum, cuius opera, maxime indigebas antea.

¶ Ceterum mulierem fortem atq; prudentem aspice, quã Salomon tantopere laudauit. Hęc de nocte surgens cibaria præbebat domesticis suis. nec non & prædam dabat ancillis suis, omnesq; domestici eius duplicibus erant vestiti, Ne fortè famę afflicti nuditate ve, furtim quicquam acciperent. Si famulum delinquentem corripias, si eius errata prudenter feras: si ei, vt par est, pabula & tegumenta prouidisti, vt animam tuam illum dilexisti, & neutiquam infideli deterior fuisti? Vtinam omnes, quotquot seruos habent hęc apostoli sancti doctrinam suis pectoribus scriptam haberent, opere & eam impleant. Sed quis est hic & laudabimus eum?

**Regi maxime expedit, cum vxore sua pacem seruare. c. 20.**

 Iri diligite vxores vestras, sicut Christus ecclesiã colo. 3. vehemeter philosophus laudat Esyodi sententiã dicentis: domestica cõmunitas viro, & vxore, & boue aratore constat, i. poli. Nihil de seruis ancillisque affatus est, eo quod multi sic inopia opprimuntur, vt pro seruo animal brutum habeant. Quorsum hęc omnia tendunt, nisi vt quisquis domesticam

E ñ vitam

Nota.

Pro. vlti.

Religiosi  
viri.

vitam agit, & vxorem duxit, pacē cum ea pro virili sua habere studeat. Alioqui non domestica vnitas, sed iuge ac intestinum bellum erit. Animus non est hic indagare de ijs, qui fœliciores vitam delegerunt, & diuinis auspicijs freti, potius angelicā vitam, quam humanam amplexantes, nuptias (alias licitas) & contubernium sanctum spreuerunt: Imò castitatis voto sese astringentes, totos se Deo dicant. Ad quos apostolus sanctus loquens ait: De virginibus præceptum non habeo, consilium autem do. Et iterum: Solutus es ab vxore, noli querere vxorem. Cui sententię alludit illud saluatoris nostri Iesu: Beati, qui se castrauerunt propter regnum cęlorum: quod est dictum: fœlices, qui carnis suę effrenes motus sedare contēderint, amore castitatis & puritatis affecti, non necessitate quadam coacti. Beati, qui camales nuptias respuentes, ad angelicam vitam aspirauerint, quo exuberantem, & immarcescibilem coronā glorię in cęlis accipiant. Id quod latius sanctus Hieronymus lib. primo contra Iouinianū disserit. Facessat nunc hereticorum vesana assertio, quę temere, ac procaciter diaboli suggestu, & artificio pessimo, contra catholicam veritatem congregari atq; pugnare conatur. Nos vero domesticam vitam viri & vxoris tractantes, via recta gradimur.

¶ Sanctus apostolus, qui consilium salutare orthodoxis dedit, monens eos, si soluti fuerint, vxorem ne querant: is vbi iam illam accepit & in domino nupsit, hortatur vxoratos, vt non qualicumq; dilectione, aut tepido affectu vxores ament, set preclarum exemplar ante oculos habeant, Christum iesum sponsum considerantes. Quippe qui intime & vnice sponsam suam sanctam dilexit, honorans & ditans eam mueribus innumeris: Dicente apostolo: Christus dilexit ecclesiam, & tradidit semetipsum pro ea. Mirabile dictum, adeo illius amore captus fuit, vt hanc calamitosam vitam suapte voluntate, amplexatus, multis lacessitus probris, vepribus acutissimis coronatus, ferreis clavis cruci adfixus, tandē spiritum dolore nimio exhalaret.

En



En quam fuerit ingens saluatoris nostri amor erga vnicā & magnopere dilectam ecclesiam.

¶ Tanti ergo sponsi vestigia, viros omnes imitari oportet, vxores suas honore prosequentes magno. Agite iam o viri fideles, diligite vxores vestras, sicut Christus dilexit ecclesiam. Ecce imago exactissime depicta, quam contemplari facile poteritis, ab illa oculos vestros nunquam deflectatis, ne subinde labamini. Nōne Salomonis verba au distis veritatis plena? Mulier diligens, corona est viri. Verum corona aurea gemmis micantibus fabricata, quāuis capiti duntaxat insideat, cuncta corporis membra vehementer decorat, atq; venustat. Haud secus, vxor pudica viri sui gloria & honos est, quam diadema, aut corona regali capiti apposita. Honoret, & toto corde diligat vir vxorē, in qua eius honor, vel probrum appositum fore, certo certius scit.

¶ Miror Aristotelem absq; Christo sapientē, qui de hac dilectione loquens libro 9. ethicorum sic ait: Non expedit viro plures habere vxores, eo quod amor viri ad vxorem, naturalis est & excellens, quare non potest esse ad plures. Adde quod vnica sit vxor vni viro, quoniam Adē vnicam Euam Deus optimus creauit, nō plures, vt fortior esset vtriusq; ad alterum dilectio. Quid? quod inter plures vxores, plura obōsiuntur iurgia, & dissidia innumera? Quod videre est, inter Agar & Saram, & Rachelem & Liam. Quippe quę, & si sorores, concertationē & contētionē in vicem habuerūt. Atqui suadet primo, mutuam hanc dilectionem, longa societas vtriusq;. Secundo, maxima educandę prolis vtilitas. Tertio, ministratio & officium, quo vterq; indiget, Pertinent quidem ad vxorem domi agentem supellectilia, & quę interna sunt ordinare & solerti cura conseruare. Vnde Salomon inquit: gratia mulieris sedule delectabit virum suum, & ossa illius impingabit. Sedulitatem a muliere expetit sapiens, ne occiosa, aut vaga maneat: Alioqui non delectabit virum suum, sed val

Eccle. 12.

Gen. 2.

Eccle. 26.



Regalis institutio.

de contristabit. Ad virum ni fallor attinet, quæ externa sunt querere, & pertractare, vt testatur philosophus 8. libro. ethicorum.

Eccle. 14.

¶ Ceterum quisquis amore pudico & sancto diligere vult vxorem, operepretium erit, vt pectori suo dogma illud salutare scriptum habeat: Ne respicias mulierem alienam: Verum si oculos vigilanter custodieris, castum cor & omni niue candidius possidebis. Vtinam cum beatissimo Iob dicere queas: Pepigi foedus cum oculis meis, ne quicquam cogitarem de virgine. Ecce quanta cura visum explorabat, ne forte vel cogitatione tantum, Deum optimum offenderet. Sciebat quidem vir strenuus, sententiam illam veritatis plenam, & heu quotidie experimento comprobata. Propter speciem mulierum multi perierunt. Quare obsecro sanctus Dauid, in tanta tamq̃ inmania scelera fuit prolapsus, nisi quia vriq̃ vxorem impudicè inspexit: E quidem nisi Bersabe, se lauante intuitus esset, adulteri & homicidij reus non euaderet: Nec absimile fuit facinus fortissimi Sansonis circa Dalidã, a qua dilusus fortitudinem visum & vitam simul perdidit. Itaq̃ propter speciem mulieris, multi in precipitia elapsi perierunt.

Eccle. 9.

¶ Mulieres vero, vt par est, viros suos honorent, diligantq̃, eisq̃ obtemperantes, occasiones blaphemicæ adimãt. Vnde non abs re, apostolus nobilissimæ Saræ sanctitatem ac humilitatem enarrans, quod Abraham virum suum appellabat dominum rencensuit. Vides modestiam & obedientiã simul in hac sancta fœmina: quippe quæ tanti virum suum faciebat, vt tanquam dominum amaret, eisq̃ in omnibus deferret honorem, obsequium & præstaret lubens. huc pertinet quod sanctus Petrus spiritu afflatus diuino personat: Mulieres subditæ sint viris suis: eandem sententiam scripsit sanctus Paulus ad Epheseos. nec semel sed iterum, ad Colocentes scribens id ipsum inculcat eorum auribus: quatenus rem seriam: re satis Deo gratã mulieres esse agnoscant obsequium, quod viris suis ob christi

1. Petri. 5.



sti Iesu amorem præstant.

¶ Summa. princeps vxorem sic amet vnice, sic eam honoret & vehementer diligat, vt Christus dilexit ecclesiam. idq; fiet si aliorum vxores ne viderit, oculos omni custodia obseruans ne depredari valeant animam eius. regis Alexandri exemplum, quanquam ethnici imitetur, quod iure optimo, memorie literis proditum est. Dario quidem rege superato, vxorem eius, & filias nimium pulchras, videre renuit. Obserua mirabilem philosophiam tam præclari regis: Noluit quod licebat intueri, ne forte illicite concupisceret quod videbat. O mirabilem regis constantiam, fortitudinem, & triumphum: O stupendam & omnipharia laude prouehendam prudentiam: Intueri ei non libuit, quod apperte ingens foret nefas. Aduersarium regem in bello deuicit, sed in hoc consuetu, gloriose superauit se ipsum, & proprium tyrannum prostrauit. Quod quidem longe difficilior esse, neminem latet, ac proinde longe fortius, ac gloriosius.

## Regine maxime expedit honeste sese ornare. ca. 21.



Ratia super gratiam mulier sancta & pudorata, Eccle. 26. De amore mutuo viri & vxoris, satis abunde nuper me dixisse arbitror: Quippe quem, non modo, naturalis ratio docet, sed summi Dei lex suadet. Propter hanc (ait Dominus) relinquet homo patrem & matrem & adheret vxori. Quæ verba, vt optimè Tertulianus libro. de habitu mulierum, ait: non tam de Adamo & Eua dicta sunt, quam neuter illorum patrem aut matrem habuerit, quam de alijs vxoratis. Quorum affectus tam est ingens, vt patris & matris amorem

Tertulia.

E iiii excellat

Regalis institutio

excellat. Nūc vero maximi refert, de omatu mulierum nō nihil tractare, vbi pro dolor tam corruptus & superfluus cultus viget, potissime hac in nostra tempestate, quādo laxatis habitibus, homines suo magno malo, in proprium exitum currunt.

Pro. vlti.

¶ Laudat quidem vir sapiens, vt iam pridem audiuius, mulierem, & encomijs mirificis eam extollit, non quia speciosa valde, aut facie venusta fulgeat: Nam fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Deum, ipsa laudabitur, Salomone teste. Nempe, fallax gratia est, & nimium inanis carnis species, quippe quam repentinus morbus breui admodum foedat, senectus prorsus consumit, & tandem furibunda ac valida mors, funditus exterminat. Vana plane est, quęuis pulchritudo, quę confestim instar fumi euanescit, & mille periculis obnoxia quā citissime marcescit. frustranea profecto & vanitate plena est mulieris speciositas, quę sic corda hominum demulcet, animas aspectantium frequenter allicit, & eas illaqueare consuevit. Nonne radix totius mali, & iniquitatis seminarium olim hoc fuit? Viderunt quōdam filij Dei, id est viri iusti, filias hominum, quę ex semine pessimo Caim prodierunt, viderunt (inquam) eas, quōd essent pulchre. Cuius aspectus tam fuit lethalis, vt dominus iratus, eo quod omnis caro corruerat viā suam, cathelismum horribilem misit, quo libidinis flāmas inualescentes, aquarum inundatio extingueret.

Gene.

¶ Mulier timens Deum ipsa laudabitur: Hęc nimirum omni laude & honore digna erit, quoniam sponsa Christi est, & Spiritus sancti templum: Alioquin si pulchra & fatua extiterit, si garrula & omatu meretricio incesserit, Non laude sed probro, non honore, sed contumelia, digna existimabitur: Salomone dicente: Circulus aureus, in naribus suis, mulier pulchra & fatua. Verum iumenta, chamo vel freno ad aquarum stagna ducuntur: At mulier non aliter, si pulchra est & stulta, sua pul



pulchritudine, perinde atq; circulo aureo ligata, ad omne præcipitium & delictum ducitur, & facillime dilapsa perit: At contra si pudica, si sancta, & pudorata fuerit, mirabili gratia decorabitur, ita vt solè splendor in omnium oculis, tum Dei, tum hominum appareat. Haud me fugit, fortem illam mulierem, quam Salomon tantopere laudauit, bisso & purpura esse indutã. Nec de ornatu honesto mulierum hoc dixerim, vt non sit attendenda nobilitas & consuetudo, nisi execrabilis omnino sit: vt bene notat sanctus Thomas. At qui sanctus Augustinus ad Possidonium sic ait: Nolo vt de ornamentis auri, vel vestis, propriam habeas in prohibendo sententiam, nisi in eis, qui neq; coniugati neq; coniugari volunt, quippe qui quomodo placeant Deo cogitare debent. Capilos autem nudare nec maritam decet, id prohibente apostolo: Imò velato capite mulieres iubet orare propter angelos. Nihilominus, mens trepidat, cor pauet, contremiscunt labia, quin totum me stupor complectitur, quoties Tertulianum, beatum Hieronymum, & sanctum Ciprianum de re hac serio differentes lego. Summatim nõnulla dicam ex Tertuliano, libro de habitu muliebri: vbi fusius taxat ornamentorum & monilium vsum superfluum: Semper (ait) abundantia contumeliosa in semetipsa fuit: Vult mulierem Christianam incedere frugaliter cultam, vt posit hoc exemplo, alienos a pietate lucrifacere Christo? & post pauca: Quomodo præcepta Dei custodietis, lineamenta non custodientes? Facie mentiri licet, & lingua non licet. Projiciamus ornamenta terrena, si cælestia optamus: ne diligamus monilia aurea, in quibus populus domini primum scelus idolatrię patrauit. Sumite obsecro de simplicitate candorem, de pudicitia ruborem, Pingite oculos verecundię stybio, inseretes in aures sermonem Dei annectetes cæruicibus suauē Christi iugum, & satis ornate eritis. Vestite vos probitatis serico, sanctitatis bissono, pudicitię purpura vos omate. Taliter pigmentate,

22. q. 170.  
ar. 2.

S. Hiero.

Tertulia.

Regalis institutio.

Deum habebetis amatorem. Hęc & alia id genus, differtissimus Tertulianus scribit.

S. Cipria.  
lib. de habitu virgi.

¶ Non alio spectant verba illa, fulguris instar habentia beati Cipriani: Dominus dixit faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. & audet quis mutare quod optimus Deus fecit? Manus Deo infert, quando illud, quod ille formauit, reformare & transfigurare quis contendit: Nesciens opus Dei esse, quod nascitur: diaboli vero, quodcumq; mutatur. Non metuis oro, quę talis est, ne cum dies resurrectionis aduenerit, artifex tuus te nõ agnoscat? Dicatq; tibi: Hoc meum non est, nec imago nostra est. Cutem falso medicamine polluisti, crinen adultero colore mutasti, vultus alienus est. Et cum oculi tibi non sint, quos Deus fecit, Deum videre non poteris. De inimico tuo compta es, cum illo pariter arsuras. Mitto quam plurima, r̄s similia, quę gloriosus martyr zelo Dei accensus, libro de habitu virginum latius scripsit: Sat sit reginam pessimam Gezabelem intueri, quippe quę nimis ornata, oculos stibio linitos habebat, & alto Dei consilio, ex fenestra suę domus proiecta, ceruice q; fracta, infœliciter periit. Mira res, canes extemplo aduenerunt, & amarissimis morsibus illam deuorarunt. stupentes omnes mirabantur dicentes: Hęc est illa Iezabel: Hęc regina stulta & valde compta, tam cito fœda, & deuorata est? Quid plura: Hierosolimę stupenda euersio vnde orta est, vates Esaias non tacuit, quem aduersus filias Sion inuehitur, quę cultu meretricio incedebant ludentes & saltantes. Erit (inquit) pro odore fœtor, pro fascia pectorali cilicium, & pro crispanti crine caluicium. In illa die auferet ornamentum calciamentorum, & lunulas, & torques & monilia, armillas, & mitras, nutatoria, & discriminalia, & palliola. Diras res, qualiter singula recenseat propheta, quibus Dei ira prouocata erat, vt per quę peccauerunt puniantur.

Nota.

Esai.  
Esa. 3.

¶ Miror quidem, & admirari non sufficio, quam solerti cura



cura, huic malo Sanctus Petrus mederi studuerit; Mulierum (ait) non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus. Notanda sunt singula verba, quibus omnem vanitatem ornatus retundere & radicitus euellere conatur pastor ecclesie sanctus. Cui sententiae optime ad stipulatur, illud doctoris gentium ad Timotheum: Mulieres in habitu ornato, cum verecundia & sobrietate ornantes se: Non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, aut veste preciosa: Sed ut decet mulieres sanctas, quae promittunt pietatem per bona opera. O vere celicam doctrinam non sagacitate humani ingenij adiuuentam sed afflatu summi numinis e caelo allatam. Hanc omnes mulieres sequantur, quae Christum Iesum in sacro baptismo induerunt: Potissime regina fidelis, dogmata haec salubria pectori suo infixat oportet: cum humili regina Hester quotidie in oratione clamans: Domine, tu scis necessitatem meam, quod abominer signum superbiae & gloriae meae, quod est super caput meum, in diebus ostentationis meae, & detester illud, quasi pannum menstruat. Nec mihi placuit conuiuium regis, & nunquam letata est ancilla tua nisi in te. Sane mirabilis haec oratio est, & feruentissimo affectu plena, ubique odore fidei & amoris Dei fragrans, & ex omni parte spiritum spirans. Eam frequenter meditemur, & corde conferamus, indiget quidem iugi consideratione magis quam ex positione.

...

Regem maxime oportet, si-

lios in timore Dei educare.

capi. 22.

Venite

Thimo.

Hester. 14

Regalis institutio.



Enite filij audite me, timorem domini docebo vos. psal. 33. Paulo ante dictum est, qualem seruum quisq; dominus deligere debeat: non superbum sed humilem, non rebellem sed morigerum atq; fidelem. Tandem ostendimus precedenti capite de ornatu, quem reginam sequi deceat, & pro virili docuimus, quantum mulieres fideles oporteat, non ethnicarum instar, imaginem Dei in se foedare, id pro modulo ingenij nostri apperimus. Quia in re Hester regine sancte exemplum, nec non & orationem eius adduximus, quippeque, ceu pannum menstruatam atq; cruore foediissimo infectum indumenta queq; preciosa, & coronam auream micantibus gemmis fabrefactam existimabat. De amore mutuo viri & vxoris onnulla tractauimus, qui quauis naturalis sit, Christi Iesu dilectionem imitari debet, ita vt vir vnicę vxorem suam diligit, perinde atq; Christus dilexit vnicam sponsam ecclesiam: A qua diuelli passus non est, quin etiam nimio illius amore captus, crucis patibulum lubens ascendit. Iam ratio ipsa deposcit, vt de filiorum educatione non nihil explicemus: Quę quidem res, sic grauis & utilis cunctis apparuit, vt etiam ethnici philosophi, quanuis a fide alieni, plurima de hac re dictauerint. Nos vero regalem Prophetam intento corde audiamus cuius verba hec sunt: Venite filij & audite me timorem domini docebo vos. Quāquam orthodoxis omnibus dogma hoc salutare conueniat, quos filios cōpellat, paterno vtens affectu, velut sanctus doctor August. exacte exponit: nihil vetat quominus de filijs suis, quos propheta domini nutriebat hec sententia intelligatur. Haud dubio, vt pater beneficus quotidie illos instruebat, magnoq; desiderio illis dicebat, quod in psal. legimus: Laudate pueri dominū, laudate nomē domini, adamus in psal. totū decantās. Quid ni vates facerrimus, ad instruēdos filios suos feruido spū cōcinat, quū palā in organis armigatis precinctus epohot, regalibus vestibus exutus, corā arca dñi, toto conatu

Hester.

Philoso.

Nota.

Re.

falta



salaret: Quę omnia non aliò tendunt, nisi vt patres filios suos erudiant, & magistros agant, in timore Dei illos erudiētes. Mirabile dictu: aquila, vt testis est moſes, filios suos prouocat atq; excitat ad volādum: & experimento cōprobatur quotidie, quod auiculę, natura duce, filiolos, quos genuerunt in altum volitare docēt, nidulo relicto. Et homo rationis particeps, imagine Dei insignitus, filios non docebit, fide & charitate, quasi pennis, ad ethera conuolare, spemq; suam in Deo optimo figere.

¶ Venite obsecro filij, & audite me: filioli mei, quos tene rime & impensissime diligo, ad me accedite, quo rem proficuum vos docere queam: Corporis & animę aurem vna referate, nam parui refert si corporis aurem duntaxat prębeat, dicente domino: qui habet aures audiendi audiat: Accedite, non modo gressibus corporeis, sed desiderio: non pedibus tantum sed affectibus, & timorem domini docebo vos. Non sane artem indicabo, qua in hac calamitosa vita ditiores sitis: Non modum ostendam, quo fal laces honores facilius venari possitis: summi Dei timorē vos docere cupio, & illum inserere pectoribus vestris vehementer desidero. Hęc grandis, & quauis scientia pretio sior philosophia, hęc sapiētia precellentior est, quam sancti viri pro viribus in hac vita didicerunt. Imò hic timor sanctus ille est, qui manet in seculum seculi: quem etiam cęli ciues possident, toto venerantes affectu: Christum iesum regem nostrum, quem in maiestate sua vident iubilātes. Nonne hic saluberrimus timor, initium sapiētie est: quo quisquis caret, adeo stultus efficitur, vt tanquā demēs habeatur apud Deum? Sine hoc timore nemo iustificari potest, quoniam timor domini expellit omne peccatum. Vide quam sit potens, quod gigantis in morem omnes ad uersar os vincit: infestissimis inimicis resistit costanter, & eis obluatur potenter. Ad hęc, qui timet Deum faciet bona, non o'citanter vitam expendet, bona patrabit vbiq; mandata Dei opere adimplens. Ecce quā sit potens timor  
domini

Deute.

Psal.

Eccle. 1<sup>o</sup>



Regalis institutio.

domini sanctus, quo electi Dei facti, facinora preclara fecerunt, summo numini placentes.

Quintilli.  
li. inst. c.  
2. et. 3.

Nota.

Plato.

S. Hiero.

Ad letam

¶ Valde insudarunt philosophi antiqui, multa de filiorum educatione scribentes, quorum vnus, vt ceteros sileam, sic ait: Vtinam liberorum nostrorum mores non perderemus ipsi: Infantiam statim delitijs soluimus, & mollis illa educatio (quam indulgentiam vocamus) nervos omnes & mentis, & corporis frangit. Quid non adultus concupiscet, qui purpuris reperit? Nondum prima verba exprimit, & iam coccum intelligit, iam cochilium possidet: Ante palatum eorum instruimus, quam mores: Omne conuiuium obscenis canticis strepit: pudenda dictu spectatur. fit ex his consuetudo, deinde natura, discunt hec miseri ante quam sciant vitia esse, nec in scholis hec mala accipiunt, sed ad scholas afferunt. Mirares, quae disertè Quintilianus hinc loquitur: vtinam hac in nostra tempestate in pueris male indolis, hec omnia non inuenirentur, ob nimiam parentum ignauiam, ne dicam detestandam malitiam: & Plato libro. 6. de legibus: non est diuinius aliquid, de quo quis consuleri queat, quam de institutione sui atque suorum: & iterum lib. 2. de immortalitate anime, ait: nihil anima transfert ex hac vita, quam eruditionem & educationem. Sed nunc sancti Hieronymi verba cordi nostro altius infigamus: etas mollis & tenera, instar virgule, in vtramque partem flexibilis est, & quocumque duxeris trahitur: & rursus ad Alexandrum inquit: Sicut conseruatiuum corporis est sanitas ita conseruatiuum mentis est eruditio, adeo vt eruditione preecedente, non contingit peccare: Iterum ad letam de institutione filie: a cunabulis filios docet, bonis moribus educari, ne forte consuetudo iniqua in naturam transeat. nutrix non sit temulenta, non Lasciuia, non garrula, habeat modestam gerulam, nutricium grauem: Ipse habitus & vestitus doceat eam, cui promissa sit. Caue aures eius perfores: nec collu auro, aut margaritis premas, nec caput gemmis oneres. Filij vero turpia verba non intelligat nihil



nihil audire discant, nihil loqui, nisi quod ad timoré Dei at  
tinet. vides quantū doctor hic sanctus, educationē filiorū  
parētibus suadeat. Talis namq; est nostrę carnis genius, vt  
nisi eruditione & disciplina coerceatur, semper labatur ad  
imma. Quam ob rem, maxime licentiosius adolescentiū  
genus, correctione & institutione indiget.

¶ Extat sancti apostoli tremenda illa sententia, quam ad  
duximus: Qui suorum & maxime domesticorum curā  
non habet, fidem negauit, & est infideli deterior. caueant  
vehementer parentes, ne vt Heli, eis contingat, qui filios  
suos, vt par erat, non corripiens, vna die in bello am-  
bo corruerunt, & pater, infœlici nuncio audito, subin-  
de è sede sua cadens, elisus interiit. Quid aliud obse-  
cro, soboles ipsa est, quam curarum fons domi natus,  
qui vitam agere sine metu, cura & angore nunquam  
patitur. Verum patres vt filios suos ditare valeant, no-  
tes ducunt infomes, sollicitos dies agunt, spes lon-  
gas & inextricabiles moliuntur. O rem vanitatis & an-  
xietatis plenam, nisi amore Dei patres tot labores su-  
beant. Longe melius & vtilius parentes sibi consule-  
rent, si vt sanctus Tobias in timore summi Dei filios  
educarent, monita sancta illis traderent: Si vt diuus Iob,  
quotidiana sacrificia pro eis domino offerent, ne fortas-  
se, creatorem suum ac Redemptorem Christum Ie-  
sum, vel cogitatione offendant. huc ergo reuocan-  
de sunt curę omnes, huc sollicitudo quęq; incumbat  
oportet: Ne tam patres ipsi, quam filij, iram Dei

prouocent, sentiantq; diuinam vindictam,  
quemadmodum de Samuele,  
& duobus filis eius  
gestū legimus.

Filios decet, parentibus sem

per obedire. c. 23.

Filij

i. Thi. 5.

Nota.

Thob. 4.

Regalis institutio.

**F**ilij obedite parentibus vestris in domino, hoc enim iustum est: Ephe. 6. Non modo patres exortandi sunt, vt filios suos in timore Dei erudiant, dicente apostolo: Vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros, sed educate eos in disciplina & correptione domini: Verum etiã filij admouendi sunt, quo bene sit eis & logeui sint super terram, veluti in lege sua Deus optimus filijs morigeris, sua dignatione pollicitus est. Verum filiorum procacitatẽ & ingratitude erga parentes, etiam barbari execrari solent. Quade re sanctus Paulus clamat: filij obedite parentibus vestris in domino. Nec quieuit sed rhetorem agens rationem subiungit extemplo: hoc enim iustum est, ait. Quid obsecro iustius: quid sacratius: quid vè sanctius, quã vt filij per omnia patribus obtemperent: mirabilis philosophicę sententia extat: Deo, parentibus, & magistris nõ redditur equi valens. mirabile dictu, doctor gentium, mandatum primũ in promissione vocat illud: honora patrem tuum & matrem tuam. Pudeat iam filios patribus suis non obedire, eosq; vt fas est, in necessitatibus subleuare: Vbi etiam ciconię parentes suos in senectute alere legimus: Hoc enim equum est, & nature ius id præcipit.

Ephe. 6.

Exo. 20.

Gene.

Gehena

Apoca.

**V**eh autem illis, qui Absalonis vestigia sectantibus, temere aduersus patres lites excitant, & dissidia mouent: imò belligerari contra eos non erubescunt. veh iterum illis, qui in viam Cain, & Cham abierunt, patres exacerbantes, & suos pessimos affectus sequentes. nõ omnes sibi consulant, cauentes ne vt vesanus Absalon, rebellionis sue cruciatu, è querquu pendentes, alto Dei iudicio miserabiliter pereant, Ioab lancea sauciati, & romphea irę Dei vulnerati, in teterrimum inferni chaos descendant, supplicia eterna luentes. terribile dictu, tartarus ille absorbens omnia nõquam reddit deuorata, imò desperationis barathrum. hoc est, quod mors secunda a beato Ioãne vocatur. cogitemus precor qualis sit illa vita, vbi summum malorum immorta



mortalitas est: vbi maxima cruciatus pars est demonum, & impiorum hominum societas: Vbi ignis nunquam extinguendus, vt Esaias testatur, & Saluator noster astruit: ad quem ignem noster collatus, mera glacies est, vbi tandem nulla spes, imò gehena, cum summis malis, summā habet desperationem. Quod in malis (licet grauissimis, licet diutinis) aliquid tamen solatiū & leuamenti adfert spes: veluti stellula quedam procul allucens, in densissima caligine, hoc est, tempore tribulationis, quā in hac laboriosa vita patimur. Depinximus obiter gehenam, quę rebelles filios expectat, vt terrorem eis incuciamus, ne experimento agnoscant aliquando, quod de baratro loquuti sumus.

¶ Ceterum obedientia hęc filiorum, in Domino sit oportet: veluti sanctus Apostolus iam pridem admonuit: quippe quę erga ea, quę sancta & iusta sunt versari solet. quando quidem si pater filio suo contra legem Dei quicquam imperet, non iam pater, sed aduersarius & animę hostis comprobatur. Eam ob rem filius obedire nullatenus teneatur, sicut scriptum est: Oportet Deo magis obedire quā hominibus. Atqui si rem arduam parens iusserit, modo legi Dei non aduersetur, humiliter filius parere non renuat. Mira res, quantum filios obedientes Deus optimus prouexerit. Ioseph patri suo obediens non metuit, fratres suos querere, qui in Sichem ouiculas pascentes morabantur. Mirabilis obedientię virtus & efficacia, in puerum sanctum fratres insurgunt, & eum occidere conabantur, liuore vindictę & inuidię accensi. Tandem in seruum venū datus, ad egyptum ducitur: vbi tot calamitates, carcerem, & vincula passus, Pharaonis p̄cepto de ergastulo liberatus, curru secundo regis euectus, ingenti cum honore ducitur, p̄cone clamante, & nomine redemptoris eum compellante, omnes genu flexi illum adorabant. Quid de Dauid adolescentulo dicam, quęm pater inuisere fratres belligerantes misit? Ibi quidem victoriam mirabilem,

Esai.

Ephc. 6.

Actuum.

Gene.

i. Re. 17

lem de improbo Goliath obtinere meruit: Armis tamen Saulis depositis, ne quicquam triumphum, humane virtuti ascriberetur: Imo in nomine domini, cum hoste congregatur, baculo inixus pastorali, fundaque usus: quo nos fiducia omnem nostram in Christo figentes, nihil nobis ipsis fidamus: Quin baculum fidei sacre accipientes, quique nos in hac vita, tot hostium cuneis obsita, nos valde roborat, & mirum in modum fulcit, contra versutos inimicos audacter pugnemus. Vnde palam est, quam sit verissima illa sententia: Vir obediens narrabit victorias. Quod in Dauide & Ioseph exploratissimum apparet. At contra Ionathas, qui patris sui mandatum contempsit, ieiunium frangens, mortis periculum sibi accersuit, nisi populi precatio eum adiuuaret, eriperetque.

¶ Summa. Obediant ergo filij parentibus in Domino, quod equissimum est, & non eorum voluntati aduersentur vnquam: ne vt de Absalone & filijs Heli sacra testatur pagina, Deus optimus vindictam sumat, vapuletque plagis magnis, & eternas penas luant: quin potius, parentibus more gerat, eis, vt par est, obediendo. Vnde pollicitatio Dei deficere non potest, imo plurima impertiet bona, humiles filios exaltans, victoriam illis prebens in presenti seculo, & in futuro coronam immarcesibilis glorie conferet.

Pro.

1. Re.

A. C.

1. Re.



# TRACTATUS

## tertius de cura politica.

### Reges maximè minas summi

Dei timeant, ne excidant. ca. 24.



**APREHENDITE RE**ges disciplinam, ne quando irascatur dominus, & pereatis de via iusta, psal. 2. Haecenus summi Dei auxilio opitulâte, quædam de ethica in primo tractatu differentes, quo pacto quiuis orthodoxus, & maxime rex, sese gubernare valeat, pro modulo nostro indicauimus. Virtutes omnes, tã theologales, quã morales adnumerantes, ac diffinientes, quibus princeps fidelis potif

sime p̄ditus sit oportet: ne forte vulgare prouerbiu lo cum habeat: dũ caput egrotat, cetera mēbra languent. De inde economicã curã descripsimus, qua nimirũ quisquis patrēfamilias agit, pollere debet: Vxorē intime amãdo, si lios literis & liberalibus artibus imbuẽdo, & eis, vt par est, pedagogos & magistros scientia candidatos, atq; prudẽtia p̄ditos prouidẽdo: Ne licentiosa iuuetũ suo pte ingenio ad malũ propẽsa, in vitiorũ voragine labatur: ad hæc, quẽ delectum dñs agere debeat circa seruos suscipiẽdos: quanto amore seruũ bonum dñs prosequi debet, latius disseruimus. Nunc tertium tractatum aggrediẽtes, in quo de politica differere proposuimus, non nihil demorari libet, vt regem optimum describamus: quoad fieri potest. Bonum est seipsum gubernare, melius si non modo se,

Nota.

Inuentus periculosa.

Nota.

sed familiam suam recte gubernans, atq; disponēs, Christo seruiert: optimum autem, si regnum prudenter moderari studeant. nam bonum, quo fuerit communius, eo sanè perfectius est, atq; diuinius: philosopho teste.

¶ Principes ac reges adhortari cœpit rex ille sanctus Dauid: eos intelligentes, & eruditos, timoratosq; efficere maximo opere cupiens: nec dum pro virili sumi Dei seruos, o- uantes & exultantes in domino reddere, solertissime conatus est: tandem ne in eos animaduertat Deus, si secus se habuerint, constanter admonet, horrendas pœnas ob oculos ponens, ac dicens: Apprehendite disciplinam, ne quãdo irascatur Dominus & pereatis de via iusta. Tremēda valde est ira omnipotentis Dei, qui non corpus tantum interimere, sed animam simul in tartarum horrendum, facile mittere potest: sicut ore suo benedicto saluator noster deprompsit. Quid ni homines quamlibet potentes, regem cœli timeant, quem angeli, atq; potestates, potentes virtute, toto stupentes venerantur affectu? Columnę cœli contremiscunt, & pauent ad nutum eius, ait sanctus vir Iob: Si ergo cœlorum columnę, angelici spiritus territãt in cõspectu Dei, homines fragiles & mille calamitatibus obnoxii, imo vermiculi humi reptantes, quonam pacto efferuntur & timore Dei posthabito, colla erigere audēt? Ceterum, ira Dei vindictãt seueram indicat, quam in male meritos ipse exercere solet. Nempe Deus optimus irasci nescit, velut beatus Basilius inquit, quoniã commoueri nequit, ipso asserente: Ego Deus & non mutor: Quin & in tranquillitate magna iudicat impiõs, punit, & torquet. Ira nanq; in nobis vindictę causa est, ideo sacra scriptura effectum pro causa ponit, vt in hoc loco, intuentibus notum est.

¶ Apprehēdite reges disciplinam. Vbi sanctus Augustinus ait: Hoc est, quod Paulo ante vates ipse dixerat: Intelligite & erudimini, nam intelligere & erudiri, hoc est apprehendere disciplinam. quod autem hoc vocabulo apprehē-

Psal.

Iob. 26.

S. Basilius.

S. August.



hendere vsus sit, misterio non vacat: Significatur quidem p̄sidium quoddā, & monimētum, aduersus omnia, quę obesse possunt. Atqui cunctanter loquitur dum ait: Ne quando irascatur Dominus. cum certo certius sit, Deum irasci & potentes punire, nisi eruditionē habeant. Dicant ergo reges: Aprehendamus disciplinam, ne quando irascatur omnipotens, & de via iustitię pereamus. Hęc nimirum atrox cruciatio eorum est, qui aliquid dulcedinis iustitię perceperunt. Qui autem vt iumenta viuunt, nihil timent, iniquitatum suarum obliui. Aduertendum est, quod bifarie in sacra scriptura, disciplina accipitur: aliquādo pro correptione, vnde Esaias de Christo Iesu vaticinās ait: Disciplina pacis nostrę super eum: cuius libore sanati sumus: Vbi nomine disciplinę agones & labores redemptoris nostri designauit. Aliquando vero pro salutari doctrina sumitur: ideo Caldaice habetur: Recipite doctrinā, ne forte irascatur Dominus: Hebraice autem: Osculamini filium, hoc est, adore eum & obedite illi. Ecce disciplina, saluberrima dogmata significat, quibus omnes, & maxime principes, opus habent. Eam ob rem sepius Propheta, regibus disciplinam inculcat, quasi diceret: Seruite Domino in timore, non tam seruili, qui parui momenti est, quam filiali. Perfecta quidem charitas foras mittit timorem. Quo pertinet illud apostoli dicentis: Cum metu & tremore vestram operamini salutem: quod est dictum: Non tepide oscitanter ve, vt quidam faciunt, sed seruido affectu ac vigilanter, satagentes id facite: disciplinam non spernētes, fidei sacre doctrinam, vitęq; munditiā sponte suscipite: quippe quam Rex ac Saluator noster, verbo & opere docuit. Superest vt candido corde, & immaculata vita, illum imitantes adorantesq; pro viribus ei seruiatis. Alioquin ira & indignatio eius, breui admodum vos inuoluet in nouissimo: & viam vitę abijcientes, qua itur ad veram vitam, inferni atq; mortis iter caliginosum nolentes accipietis.

Esai.

Nota.

i. Ioā. 4.

Ephē. 2.

Regalis institutio.

ib. 6. de  
regno.

Exo: 5.  
Iudith. 13.

Danie:

Eccle. 49.

Pfal.

¶ Deniq; quonia a adu m est, abiq; excplis res magnas suf-  
ficienter ostendere, vt Plato sapientissimus ait, satis condu-  
cibile erit, quorur da iniquorum regum exempla narrare.  
Verū improbus Pharao, qui tot flagellis celitus percussus  
irā Dei omnipotentis contēpsit, maris Rubri fluctibus sub-  
mersus, cū ingēti exercitu suo perit. Holofernis superbia,  
atq; vesania, eo infelicitatis deuenit, vt Deum Israel pro-  
nihilo duceret, & ob id fœminę hebreę manus caput eius  
amputauit. & vt prudentē lectorem non detineā, paucis re-  
omnē comprehendā. Vesani Senacherih arrogancia, & re-  
gis Balthasar procacitas, Saulis detestanda temeritas, Dei  
vindicta iure optimo retūditur: & multimodis tormētis  
vexatos, valida ac prepotens manus Dei destruxit. At cō-  
tra, rex laudatissimus Dauid, Iosias & Ezechias, qui toto  
pectore regē summū diligebāt, timebātq; beneficentiā sū-  
mi numinis affatim experiri, preclara opera fecerunt, & eo-  
rū nomen, quouis eloquio dignū, manet in perpetuū, sicut  
scriptum est: in memoria eterna erit Iustus: & rursus: Glo-  
ria & honore coronasti eum & cōstituisti eum super ope-  
ra manū tuarum Vides plane quā sit Deus beneficus &  
pius parēs, impensissimē electis suis dona, & munera mag-  
na largiens: quāq; seuerus iudex in eos, qui a via iusta de-  
clinantes, peritura bona & momentanea dilexerunt.

Regno expedit, vno & nō plu-  
ribus gubernari. ca. 25.

¶ Seruus meus Dauid, rex super eos, & pastor vnus om-  
niū eorum erit, Ezechi. 37. magna & mirabilis Dei boni-  
tatis, tantā gerit curam erga populū suum, vt non plures si-  
mul sed vnū tantum regē, vni populo prestiterit: quippe  
qui vnitatē & pacem seruaret, & tanquam pastor gregem  
suum ducat, pascatq; vnde non ab re Philo. 8. ethi. clamat:  
rex ad subditos se habere debet, sicut pastor ad oues: Appo-  
sitissima similitudo hęc est, qua nulla prestantior. huc per-  
tinet



pertinet illud Esaię: Cirus pastor meus, volutatem meā faciet. Vides quomodo rex pastorem agat in regendo, & gubernando populum suū. Hinc pollicitatio illa a dño per Ezechielē facta est, vbi non quemlibet, sed seruum suū populo mittere promisit, quatenus vnus gentis rex vnus esset, non plures. Haud bubio paucorum principatus bene regentium, quem aristocratia philosophus vocauit, populo utilis est, quē admodū de Romanis legimus, inter quos duodecim viri selecti, cuncta gubernabāt. Sed democratia, id est principatus aliquorū male gubernatium populū, exitialis valde cōmunitati comprobatur, & ob id modis omnibus fugienda atq; execranda. Boni autē regis, recte regnū suum moderātis gubernatio, cunctis precellentior est: idq; ratio ipsa suadet, & experimēto liquet: De quibus latius tractat. S. Tho. 1. p. q. 103. ar. 3.

¶ Verū, si mentis nostrę acie paululū eleuare placet, totius mundi vnus est moderator, quē philosophi (tametsi cęcucientes) primā causam appellauerunt, & primū motorem non motū, dixerunt. Ad hęc totius corporis, diuersorūq; sensuū, ac membrorū, anima vna gubernatrix est: Imo ratio vt regina potētis alijs dominatur, irascibili, & concupiscibili, suapte naturę imperans: ergo natura duce, in quo vis regno, princeps vnus sit & non plures oportet. Quid plura: Planetę septem sunt, & altra innumera: sol vero tā planetarū, quam astrorū omnium princeps est. Ecce ex ijs, quę Deus optimus in hoc opificio mundi, miro ordine digessit: vnitas regis vsquē adeo frugifera comprobatur. Adde quod principatus multorum, ciuitatem vel regnum moderantium, eatenus bona est, quatenus ad vnitatem tendit, non proprium sed commune bonum adipiscendo: sed hęc vnitas longe melius adinuenitur in vno quam in multis, quia virtus vnita fortior est se ipsa dispersa. Ergo vnus regis gubernatio optima est. Quid quod oculis quotidie cernimus, inter plures regni vel ciuitatis rectores, plura oboriri dissidia, simultates

E. sai. 44.

Romani.

Deus est.  
causa pri.

Nota.



Regalis institutio.

scatere: quę omnia pacis fœdera rūpunt, quā omnes potif  
sime cōciliare & intendere debēt. At cōtra sub vnico rege  
gubernante plurima cōsurgunt bona: Hostes infestatores  
facile arcentur, similtates conpescuntur, si quę oriantur,  
tranquillitate & pace regnum floret, abundatq̃.

Seneca.

¶ Rex siue princeps nō suo consilio tātum regat oportet.  
Vnde Seneca diserte loquutus est: Consilium sub die su-  
mendum est, & si dici potest sub hora, potissime in rebus  
serijs, & quę difficilia sunt: viros doctos expertosq̃ Rex  
consulat, idq̃ Aristoteles non silentio pręterijt 4. politi-  
corum, docens bonum principem, vt sapientes & proba-  
tos viros accersat, quando rei magnitudo id postulat, quo-  
rum censura, atq̃ consilio graua regni negotia disponat:

Pro. ii. &  
Eccle. 24

Eccle. 32.

dicente hoc ipsum Solomone non semel sed bis: Ibi salus,  
vbi multa consilia. Et rursus: fili sine consilio nihil facias,  
& post factum nō pœnitebis. Eodem quidē attinet illud:  
Qui sapiens est audit consilium. Ecce quod sit magnum sa-  
pientię signum in rege, si lubens consilium audiat & toto  
pectore amplexatus illud fuerit. Mira res vehementerq̃  
miranda: Moses cui sepe numero Deus loquebatur, & ta-  
quam amicus amico, sui cordis arcana referabat, Issoceri  
sui ietro consilium spōte audiuit, & libenter seruauit, quā-  
do de iudicibus eligendis, qui minora in populo iudicaret  
admonitus fuit. Hinc principes & pastores ecclesię san-  
ctę discāt, consilijs aliorum acquiescere, vbi ethnici homi-  
nis, sacerdotis Madiam, sanctus Moses monita non spre-  
uit. A spernabitur ne post hac rex fidelis, consiliatorum  
suorum decretum & consilium?

Nota.

Gene. 27.

¶ Sanctus iacob haud aliter primo genita fratris sui Esau  
obtinuit, nisi alieno consilio vsus: ad eundem modum be-  
nedictionem a patre accepit, & matris suę monitis, ad labā  
perrexit, & tandem in patriam suam, diues effectus & ho-  
noratus redijt. ioseph prudētissimi viri consilium rex Pha-  
rao vltro auscultauit: quam ob rem terribilem famem eua-  
sit, quę pene totum orbem grassabatur. Quid multa? Ele-  
ctionis

Gene.

Actuum.



tionis vas suorum fratrum consilium audiens, improbi regis A rethę minas & furorem delusit, dum per murum in sporta submissus incolumis remansit. Si ergo rex, in omnibus recte agere cupit, suo iudicio nihil fidat, sed eruditorum, & bonorum virorum sententię enitatur oportet: alioquin, vt vesanus Roboan, qui seniorum consilium suo magno malo contempfit, regnum conturbabit, & forte illud velit nolit amittet.

¶ Veh autem ei, qui, vt Architophel miser, consilium nequam dederit aduersus proximum suum: talis inquam pœnas atroces dabit, & alto Dei iudicio, manus suas sibi inferens, suspensus, presenti vita orbatus, cęlestem & eternam nullatenus possidebit. Qui vero, vt par est, consilia sancta, & utilia dare decreuerit, is maximis denarijs dignus est, & valde optimo Deo placet. Fœlix regnum, quod prudentem principem, & pium habet, a quo velut a pastore, in pace gubernatur: Nempe in dies magis, ac magis adauctum, non modo diuitiarum copia, sed pacis abundantia vehementer decorabitur: Nam vt concordia parue res crescunt, ita discordia etiam maxime dilabuntur. Ceterum, si princeps non populi aut regni commodum sed peculiare bonum querat, is regem non agit sed tyrannum. Quippe quem Salomon rex, exacte deliniavit: Leo rugiens, ait, & vsus esuriens princeps impius super populum pauperem. Recte admodum brutis comparatur tyrannus, & accomodatissima similitudine Salomon vsus est: eo quod bellua immanissima, imo quouis Leone seuior, atq; cruetior princeps malus est: is quidẽ aliena rapit, quã ob rẽ vsus appellatur, & vindictã sumit, pronihilo ducens hominum sanguinem, velut aquã effundere. Quid plura? Leonis in morem, nemini parcit, nemini veniã largitur: Talis (vt historie docent) fuit Romę Tarquinius vesanus, Dionysius tyrannus, quem senatus iure optimo interfecit: talis Nero infœlix, qui tot nefanda patrauit opera, cũ multis alijs fuit: Orandũ ergo obnixę, & totis medulis cordis

Re.

Concordia.

S. Th. li. i.  
de regi.  
princi. c. 6

Iob.

Dei optimum est precandum, ne tantum malū euenire sinat super fideles, vt propter peccata populi iniquus Rex imperet, cōminante propheta Iob atq; dicente: Qui regnare facit hypocritam pter peccata populi. Ecce maxima vindicta, quam Deus execere solet ad plectēda totius regni facinora, atq; innumera scelera, tam contra Deum optimum, quam aduersus proximum cōmissa.

## Que maxime regi expediant

ad recte regnum moderandum. ca. 26.

¶ **Q**uesiuit sibi Dominus virum, secundum cor suum, 1. Regum 13. de Saule primo rege Israel, hoc scriptum est, quippe qui domino operante, ad regni fastigiū fuit euectus: hic vt sacra narrat historia, per Samuelem prophetam eximium fuerat vnctus, & quanuis domi esset absconditus, Domino iubente, fit conspicuus, & tandem totius populi caput efficitur. Atqui quoniam principatus virum ostēdit, veluti philosophus admonet, rex qui optime Dei populum moderari cōpit, & insigne quoddam p̄ferere rebat, futurorumq; p̄ludia non vulgaria indicabat. Sub inde p̄ceptum Dei nihilipendens, infeliciter adhuc beligerans oppetiuit mortem: seseq; interficiens exalauit animam, timēs, ne incircuncisorū gladius eū interimeret. Timeant iam & trepident omnes, quotquot ambitionis morbo laborant: Paueant vehementer, qui ad honores & dignitates, per fas & nefas conscendere affectant. Nam si absconditus domi, & nihil de regali principatu expendebat vel cogitabat, tā infelicem habuit exitum: qui estu dominandi hac & illac debacchatur, noctu & die, honoribus inhiantes, quem finem sibi expectant venturum: Quis tā ferreo pectore, aut a ratione tā semotus & alienus, quē hoc terrificū exēplū non cōmoueat: Quis adeo stupidus, qui hoc audiēs non pertimescat: ceterū secundū cor suum Deus optimus populo suo quesituit regē Saulē: nihilo se

Notā.

cius



cuius ipse se in precipitiū dedit, parere deo minime volēs: Imo maluit cum magna iactura, suam implere voluntatē quā Dei mandatum implere. Verum cor Dei, voluntas ac desiderium illius appellatur: Cui si rex fidelis & prudens, per omnia obedire decreuerit, multa satis frugifera, in regno suo disponat oportet, quę in maximam sui principatus utilitatem cedant.

¶ Quādoquidem, velut ciuitas multitudo domorum est, ita regnum ciuitatū est pluralitas. Aristotele teste, li. economicorum. Vnde si ciuitas recte disponatur, subinde regnum optime dispositū erit. Quid autem ciuitas sit ex philosopho constat, ciuitas (inquit) est domorū multitudo, agro & pecunijs sufficienter abūdans, ad bene viuendum. Mitto nunc de edificijs erigendis, menis atq; turribus edificandis, quo hostiles incursus facile valeamus sustinere, & inimicos infestates arcere possimus: Sat sit admonere, ne edificia superbiam & fastum sapiant, sed utilitatem habitantibus afferant, iuxta prouerbium grecanicū: Ne quid nimis: quod in omnibus temporarijs rebus locum habet, magnamq; obtinet vim. Exemplo nobis sityesanus ille Nebroht, qui Babel turrim valde excelsam erigere ausus est, cuius superbię & insolentię Deus optimus sapienter, atq; potenter restiuit, linguas edificantium mirabiliter confundens, adeo vt nemo alterum intelligeret. Absit quam longissime a pietate christiana, superfluas construere domos, ne indie iudicij vel mortis, illud euenire contingat, quod vaticinatus est Propheta: Lapis de pariete clamabit, & lignum, quod inter iuncturas parietum est respondebit. quę verba, non parum fidelium aures expauescere faciunt: Nec alio tendunt ea, quę dominus ipse ait: Veh qui edificatus in sanguinibus: Hoc est, veh pauperum, ac inopum curam non habentibus, qui domos eburneas, & inaurata laquearia construitis, fame nuditateq; cruciatis egentes, & velut romphea accuta ortodoxos inopes perimitis. Proh nefas, lapides insensibiles

Gene.

Abac.

Nota.

&amp;



Regalis institutio.

1. Petri.

& muta saxa lapidibus viuus, quibus uis margaritis preciosioribus preferrenō erubescunt. Nonne hoc titulo sanctus Pretrus, fideles, quāuis pannosos cōpellauit? Vos tanquā lapides uiui, ait, edificamini in domos spirituales. Ecce quibus lapidibus, sacrosancta ecclesia Romana, quotidie adfabre construitur & mirabili artificio triumphans ecclesia mirum in modum crescit & ampliatur.

3. Re.

¶ Sed ut a re maxime seria incipiam, regem fidelem sum me decet, in ciuitatibus templa Dei erigere, quod David rex sanctus magnopere desiderauit in Hierusalē. At Salomon eius filius templum mirabile fabrefecit, de quo scriptum est: non est tale opus factum in vniuersis regnis. Sane mirandū non est, si Alexander seuerus Romanorū imperator, templis nec guttulam auri dederit, aut braetē colam posuerit, illud Persianum repetens: Dicite pontifices, in tēplis quid facit aurum? Nam illi demonia colebant, nos Deum verum, qui fecit cælum & terram: Illi lucos diabolo edificabant, nos quidem Christo Iesu, & genitrici eius, necnō & sanctis, templa erigimus. Mira res, nihil erat in tēplo Salomonis, quod non auro tegetetur. post hęc, hospitelia construant principes, ubi pauperes siue senio cōfecti, siue morbo correpti subleuari & solari possint. Quid de

Valerius.  
maximus

3. Re.

cenobis dicam: quibus vel maxime, respublica indiget, tum ad doctrinam sanctā capesendam, tum ad conscientias sedandas, per exomologesim sacram, tum deniq; ad vigilā dum super muros, arcendosq; demones, armis non ferreis, sed precationibus flammigeris, ardentissimisq; orationibus. Cuius rei minime oblitus ethnicus ille Aristoteles. lib. 6. politicorū ait: Oportet in ciuitatibus esse aliquos, qui dei curā habeāt, scilicet sacerdotes. Vide obsecro quid ratio ipsa naturalis dicat, hic alienus a fide, templa fore cōstruenda in ciuitatibus docet, & ministros, ac sacerdotes, qui Deo seruiant esse voluit. Verū tot mala in ciuitate patratū, tot flagitia homines improbi committunt, ut sepe sepius Deus optimus ira succensus, nunc graui

Cenobia.

Nota.

pestilen-



pestilentia, nunc seditione ingenti, nunc denique inimicis seuitibus, aut sulphureo igne ciuitates ipsas consumat, quem ad modum de Pethapoli legimus, quae celitus igne clauso consumpta est.

Ad sedandam summi numinis iram necessum est, ut sacerdotes & viri religiosi in ciuitatibus sint. Miranda res, quantum Romani, alioqui a fide extranei, in erigendis templis, suis vanis dijs, laborarint: quantum auri & argenti in hoc consumpserint: nempe eorum solertia, & vigilantia, vehementer taxat, tepiditatem & ignauiam nostram. quippe qui veritatem colentes Christum Iesum Deum & hominem, toto pectore confitemur, omnique affectu amamus.

Quanti autem Deus electorum suorum preces faciat, videre est in precatione illa Mosi, quando in acumine montis, erectis manibus orabat: Mirabile dictu, viro sancto orate, Amalech rex impius vincebatur eiusque exercitus succumbebat: statimque oratione tepescente, tyranus inualecebat, & Populus domini despondebat animu. Verum si vnus viri oratio, tantu efficacit & virtutis habebat, quod versutum regem & cuneos eius profligabat: quid si templis & monasterijs ciuitas vna abundet: multorum preces adeo valide sunt, vt teste beato Agustino, difficile sit non a christo exaudiri. Quid multa: res hec tam est conspicua, vt probatione minime egeat. Nonne decem iustoru inopia, causa fuit, quod dominus beneficus, atque ad ignoscendu nimis propensus, non ciuitatibus quinque pepercerit: propter decem iustos parcam, ait dominus ad Abraham. Mirabile dictu, quantum commodi, ministri Dei & religiosi sancti ciuitatibus, quas incolunt, conferant. Sane eorum preces Deum iratum compescunt, ne ob innumera ciuium delicta, igne celitus misso, ciuitates coburantur & pereant.

Summa. Regi sit maxime cure, in ciuitatibus & opidulis templa Christo Iesu & sanctis eius dicare, cenobia construere, hospitalia edificare. Vt sacerdotes Deo summo inseruiant, sacrificia offerant, & precibus suis demones ar-

ceant,

Romani.

Exo.

Gene.



Regalis institutio.

De ciuita.  
li. 19. cap.  
25.

ceant, Dominumq; offensum & iratum placere valeant, dicente beato Augustino: Vbi non est religio, nec anima corpori, nec ratio vitijs, laudabiliter imperare poterit. Quę quidem verba, annotatione dignissima fore neminē clam est.

Regem oportet, ciuitates ēdificare. ca. 27.



Edificatio ciuitatis confirmat nomen: Eccle. 40. Ciuitates quidē edificare, vt Vegetius de re militari asserit, opus regium est: & eodem tendit iam edificatas ampliare, muris & turribus munire, atq; circumualare. Romuli quidē nomen adhuc non viuēret, nisi ipse Ro-

mam conderet. Sed vt paganorum gesta relinquamus: rex sanctus Dauid, capta Hierosolima, arcem Sion construxit: quam ob rem, ciuitas Dauid in sacra pagina vocatur. At qui magno estuabat affectu, vt templū domino edificaret, non vt sibi inaniter nomen vēdicaret, qui potius, vt nōmē Dei glorificaret, id facere conabatur: quod ni fallor effecisset, nisi dominus ei diceret: Nō edificabis mihi domū, quoniā vir sanguinū es. Hoc sane oraculū, velut acutissimū telum precordia eius sauciauit, confodit, & cruetauit. Reliquit autē complura auri & argēti talēta filio suo Salomoni, precipiens, vt solertē cura templum Dei erigeret. Ceterū, qui ciuitatē edificare decreuerit, tria potissime consideret oportet: Primo, vt regionē eligat, nec nimis frigidā nec calidā, sed tēperatam querat: nepe terra, quę solis radijs feruentissimis exposita est, homines profert intellectu vigentes, & ingeniū foelix habētes, vecordes tamē, & pauidos corde. At cōtra, quę nimis frigida fuerit, quanquam homines belligerantes nutrire soleat, rudes esse solent, & parum viuacitatis habent, velut philosophus in politicis contestatur. Secundo, agros habeat plurimos, quos agri colē

Nota.



colere possint ad fructus proferendos, hisce ciues  
maxime opus habent, vt eis vescantur. Equid terra frugi  
fera, incolis perinde est, atq; mater filijs, quos nutrit. hinc sa  
piens Alexander Xenocrati dicenti: in hoc loco ciuitas con  
structa inexcunabilis esset, statim respōdit: vbi sunt agri,  
quos agricolę colāt: Vehementer demēs est, qui sine agrorū  
copia ciuitatē ēdificat. Agricole quidē circa operā moratur,  
& non concupiscūt aliena: Quippe qui magis appetūt lu  
crū quā honorē, li. 6. politicorū. quas ob res, delectabilius  
eis est laborare, quam principem agere, aut dominari.

¶ Tertio deniq; ad construendam ciuitatē, non modo  
opus est aeris optima temperie, sed agrorum abundantia,  
fluuiorū aut fontiu copia. Verū in paradiso, amoenissimo  
q; horto, vbi velut incola Adam primus parens positus est,  
Deus optimus fontē ē terra ascendēt. prouidit, qui super  
ficiem terrę irrigaret, nullo labore adhibito. Ecce qualis  
habitatio quamq; pulchra regio, gratuita Dei dignatio  
ne, hominibus data est: vbi omnia ligna pomifera, vernates  
rosę, & candentia lilia, aquarum riuulis irrigabantur. Sed  
heu quanta parentibus nostris fuit ingratitudo, quamq; sa  
thanę rabida inuidia, quam ingens versuti hostis callidi  
tas, cuius technis, & dolis prothoplausti decepti, gratia  
Dei orbat, frugiferam & amoenissimā terrā amiserūt. Ad  
hec aquarum copia, partim ad munditiā, partim verō ad  
vitę adminiculu, vel maxime ciuitas indiget: dicente scrip  
tura: Initiū vitę hominis panis & aqua. En quibus escis  
vītamus adhuc pueruli.

¶ Ceterū ciuitas non constat ex vna parte tantum, sed ex  
multis: est quidē ciuitas multitudo ciuium, ideo multis  
opus habeat oportet ad bene viuendū, politi. 4. Pars  
vna & p̄cipua sunt agricolę: alia artifices: alia, qui cir  
ca forum negotia gerunt: vltima pugnatores & armi  
geri, quibus ciuitas valde eget: quę omnia regis pruden  
tiā decet prouidere. Rurſus in ciuitate gymnasia ad sciētiā  
capesendā maxime expediūt: quoniā Ari. teste, li. 7. po.  
bona

Paradisus  
amenus.

Quid sit  
ciuitas.



Regalis institutio.

Anime  
bona.

Nota.

Gramati.

Dialectica

Reſtori.

Muſica.

bona anime, longe preſtantiora ſunt alijs bonis. Vbi anime bona virtutes appellat, quippe que per doctrinam acquiritur. Quin etiam philoſophia admirabiles habet delectationes, puritate & firmitate, vt teſtis eſt philoſophus libro 10. Ethicorum. Et iterum in politicis, libro 2. Qui delectari velit ſine triſtitia, ad philoſophiam currat. Fœlix qui virtuti totū, qui non ſomno, aut inaniffimis voluptatibus ſe dederit: nam voluptates, que in eſcis, diuitijs, & ludis inueniuntur, plus, proſecto habet fellis quam mellis, quo pertinet illud Salomonis: extrema gaudij luctus occupat, & riſus dolore miſcebitur. Quando quidem vera lætitia, & voluptas in philoſophia chriſtiana ſita eſt, cuius maxima pars conſtat ætemorum & celeſtium bonorum conſideratione, periturarum rerum contēptum diſcere. Quid obſecro mellitius Chriſtiana charitate, que dum maxime ſeuit, maxime ſuam obtinet dulcedinem, acrimoniam vini, lenitate olei temperans: hæc omnia ex literaria exercitatione conſurgunt. qua de re plurimum refert, in ciuitate magiſtros literis candidatos eſſe, quiq; liberales artes iuuenes doceant. Gramatica enim adinuēta eſt, ne in lingua ſit error, ne ſermoni adſit deſectus: hac ſane latinum idioma diſcimus. Dialectica, que ſecunda ars liberalis eſt, modum arguendi preſtat, intellectum acuit, & de vero & falſo diſſerit. Verum vt gramatica directio lingue eſt, ſic dialectica intellectus eſt dux, rationes argumentaq; congerit ac diſponit, ne forte in arguendo a vero deuiet. Tertia ars rhetorica appellatur: hæc vt philoſopho placet, rudis & groſſa dialectica dici poteſt, quippe que maxime nobilibus viris, atq; regibus conuenit: Hac arte maxime Alexander rex polebat, miro modo militibus ſuis ſuadens, que ad militiam exercendam decebant. Quarta eſt muſica, De qua philoſophus libro 4. politicorum: Muſica poteſt eſt homines lætificare. & ibidem: Melodia iratos, & alijs paſſionibus occupatos ſepe ſubleuat, ipſos lætos faciens: hæc maxime regibus expedit, qui tot curis & innumeris labo



laboribus quotidie sunt obnoxij. Quinta liberalis ars arithmetica est, proportionibus & numeros docens, sine qua musica consistere non potest. Sexta autem geometria vocatur, quæ mensuras & quantitates rerum exacte indicat, & hæc potissime astronomiæ seruit. septima tandem astronomia nuncupatur, quæ circa astra versatur, planetas, & celorum cursus considerat, quam reges Egyptij solerter discebant, **H**is septem liberalibus artibus, naturalem philosophiam addamus, quæ rerum proprietates agnoscere facit. Tandem metaphisica continenda non est, quæ per rationes humanitas inuentas de Deo optimo & substantijs separatis pulchre edisserit. Huc attinet illud metaphisices, lib. 1. Nulla scientia dignior est metaphisica: Omneis hæc scientias longe præcellit sacra Theologia, quæ diuinitus data est: eam ob rem, ceteris scientijs verior, vtilior, atq; præcellentior comprobatur. Taceo de perspectiua, quæ sub geometria est. De medicina sileo, quæ philosophiæ naturali subalternatur. In his sese principes & nobiles exercent, vt vitijs non succumbant, quin potius literis & studio indefesse incumbentes, virtutes capere valeant, quippe quæ animæ diuinitus sunt.

Arithme.

Astrono

Philoso.

Metaphi.

Theolo.

## Regem oportet, Iudices & mi-

nistros optimos reipublice præponere. ca. 28.



**R**OVIDE de omni plebe, viros sapientes & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritia, Exo. 18. Verba hæc sunt, quæ Ietro socer Moysi, spiritu Diuino afflatus, loquutus est: inuisens Mosem, qui solus onus ingens portabat, populum Israeliticum iudicans, zelo succensus ad eum ait: stulto labore consumpseris tu, & populus, qui tecum est: Ultra vires est negotium,

G solus

Regalis institutio.

solus illud nō poteris sustinere: sed audi verba mea, & erit dominus tecum. Mira res, ex templo Moses consiliū hoc spontē amplectitur & opere impleuit, quod scriptura testatur dicens: Quibus auditis Moses fecit omnia, quę illi Ieāro suggererat, & cōstituit eos principes populi. O rem stupendam, non Deus optimus angelum misit, nō prophetā, sed hominem ethnicum, qui monita salubria atq; consilia, satis rationi consona, Mosi daret: Quo nos latēter doceat Deus, superbiam deponere, superciliumq; dimittere, ita vt lubentes, a quouis consilium audiamus, audientes mordicus teneamus. Ceterum, quoniam philosopho teste, sat non est ciuitatem a principio instituere, nisi eam rex, vt par est, gubernet & corrigat, li 4 politicorū, ius erit expedito consilio tales iudices eligere, qui sanctiones & leges rectas, pro viribus obseruare faciat. Vera quidē & sapienti viro digna sententia ea est: impossibile est si ne principe ciuitatem esse.

otNa.

Iudices .  
boni.

¶ Mirabile dictū, quā exaēte, quamq; pulchre, iudices spiritus sanctus hic depingat: sapientes sint & timentes Deū (ait) & in quibus sit veritas, & qui auaritiam oderint. Sane singula prosequi nō valemus, ne plus nimio prolixitati seruiamus, quę cunctis inuisa est. Quam ob rem virtutes has, vel compendio renescamus: Primo quidem sapiens iudex sit oportet, haud ignarus vel idiota: alioquin leges & decreta euanescent, & populus absq; lege peribit, dicente Aristo: Melius est iudicare secundum leges, quam ex propria sententia, Libro 2. politicorum. Hinc sapiens Salomon clamat: intelligens, gubernacula possidebit. Ad hęc Plato non frustra beatā fore rempublicam dixit, quę a sapiente viro gubernatur. En alius scite dixit: florent ciuitates quando philosophi imperant, aut imperantes philosophantur. Deinde, qui ciuitati preest, vel prouincię, timeat Deum necesse est. En basis, & fundamentum totius artis, recte gubernandi, vt timor Dei possideat pectus presidentis, non auaritia, non superbia. Eodem

Ars guber  
nandi.

ten-



tendit, quod sēpe nobis in scriptura sacra Deus inculcat: initiū sapientię fore timorē domini, A quo velut a lucidissimo fonte innumera scaturiunt bona. Maximi nanque refert, vt timor Dei, cor iudicis possideat, ne vt senes vesani, qui iudicabant Israel, voluptate iniqua allecti, obscenam rem committāt. hos Daniel Propheta damnauit, Su sana pudica & sancta liberata. Non absimiles erant filij Heli, templum domini violantes, & pestilenti turpitudini vacantes, vnde alto Dei iudicio in bello succumbentes pœnas commeritas dederunt.

¶ Deniq; iudices, qui procreandi sunt, avaritię malum abhorreant, quippeque perinde atq; tenebrosa caligine corporis oculi obcœcantur, nefario quęstu mentis oculos excœcat, obnubilatque. Eas ob res Deus in lege sua statuit, ne iudices dona accipiant, quoniam munera excœcant oculos prudentium, & subuertut verba iustorum: idq; in exodo, nec non in ecclesiastico legitur. Itaq; quam sit res seria hęc, quantumq; momenti habeat, vel ex hoc discimus, quod sēpissime Deus eam repetit, & nusquam non iudices hortatur, & admonet. Quid quod munera accipere, non modo Deus prohibet, sed leges & iura vehementer vetant, pœnasq; non vulgares iudicibus, auri cupidis, taxant. Ad hęc in ore iudicis semper veritas elucescat. Quam ob rem dominus ait: in quibus sit veritas: Quod per inde est, ac si dicat: Non iudex callidus sit, non dolosus, imò veritatis amator, & sectator, re ipsa probetur. Veritas autem, vt optime Pitagoras refert, ea est, quę similes Deo, maxime nos facit. Quandoquidem, si in ore cuiusuis hominis mendacium vehementer execrabile est, etiam apud ethnicos, quanto in iudice execrabilius erit: ratio ipsa, & natura potissime horret mendacium, barbariq; illud abominantur valde. Quid plura? Homines mendaces mendaciū ipsum detestantur, veritatis fūco illud operiētes. Est plane Deus optimus mirū in modū veritatis


Danie.

1. Re. 2.

Exo. 23.

Eccle. 20.

Pithago.





## Regalis institutio.

oannes.

amator, adeo vt saluator noster, mirabili hoc titulo seipsum insigniuit: Ego (inquit) sum via, veritas, & vita. Si ergo Christus Iesus, veritas ipsa est, quam longissime ab-  
 sit ab eo oportet, qui medicus amator fuerit, mendaciumque amplectitur. Probrosa quidem res mendacium est, & vitiorum omnium indicium. Vnde sapiens clamat: Opprobrium nequam in homine mendacium. Obserua, verbum nequam habet magnam emphasim, non vulgare opprobrium mendacium esse asserit, sed nequam. Opessima res, cunctis iniusta, & barbaris etiam horrenda. Quod si poenam a Deo constitutam vis agnoscere, mendacibus viris impositam, at-  
 de: perdes omnes, qui loquuntur mendacium, ait regalis propheta. Et sapientie. i. qui loquitur mendacium occidit animam suam. Quod nimirum prudenter intelligendum est, non de mendacio officioso, quod in utilitatem alterius dicitur, nec de iocoso, quod ad letificandos audientes profertur, sed de pernicioso & charitati contrario, intelligi oportet.  
 ¶ Tales ergo sint iudices, quos rex Christianus populo dederit, qui sapientia fulgeant, Deum toto pectore timeant avaritiam & questum iniquum, vt pestem fugiant: veritatem vnice diligant, que maxime Deo optimo nos similes efficit.

Eccle. 20.

Psal. 40.

Mendacii  
 Triplex.

S. Th. 22.  
 q. 110. ar. 2.

## Regem decet leges iustas con-

dere. cap. 29.



¶ Eh qui condunt leges iniquas, Esa. 10. durissimis verbis dominus Deus legumlatoribus minatur, ne forte sicut tyrani consueverunt, iniusta iura decernant in peculiare bonum, & incōmunitatis damnum. Nemo profecto tam est rudis, qui non sciat, reges & ciuitates leges condere posse, modo ad populi commoda decreta concernant, & communem utilitatem pretendant: Alioqui in iusta lex, non lex, sed perniciēs, & lues populi & regni est. Quisquis ergo leges



leges statuere vult, Platonis sententiam vehementer consideret. Quisquis leges ordinat, tria ob oculos habeat: vt ciuitas libera sit, quę legibus instituitur, sibiq; amica, & mentem habeat. Diligenter legislator moderetur omnia, vt singulis consentanea scribere queat. Satis pulchre dictum est: consentanea scribere queat, nam teste Isidoro, libro 3. ethimologiarum: Lex est quedam rationis ordinatio, ad bonum comune, ab eo, qui habet communitatis curam promulgata. Exacte quid lex sit diffinitum est, singula vel cursim explanemus. Primo lex appellatur rationis ordinatio, eo quod lex mensura quedam, humanarum actionum sit. Quas ob res, recta sit oportet, & ex ratione naturali orta, aliter iusta non erit. Quid obsecro ratio naturalis est, nisi legis eterne participatio, cui omnes parere debent? Nempe lex, quę nobis a Deo indita est, semper deprecatur ad bonum, Aristotele teste: ea quidem est, quę ostendit quid bonum, & quomodo expetendum sit: ea indicat quid malum, & qualiter execrandum, ac fugiendum, Nec ab re legem hanc lumen vocat Plaltes regius: Multi (ait) dicunt, quis ostendit nobis bona? at ipse respondens questioni statim inquit: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine, dedisti letitiam in corde meo. Ecce, vultum Dei rationem ipsam dixit, eo quod per vultum quisq; agnoscitur, & per rationis lumen Deum ipsum cognoscimus, reueremur, atq; adoramus, tanquam potentissimum, & totius orbis conditorem ac moderatorem quippe quę, citra fidei sancte lumen, Philosophi causam primam dixerunt, & primum motorem non motum asseruerunt.

¶ Huic legi, quam meti nostre Deus ipse insculpsit, & potenti manu sua nos decorauit ac signauit, leges omnes continere debent, si recte, si iuste ordinate sunt. Mira res, tanta est efficacia huius legis, quod etiam gentes, quę legem non habent, ea quę legis escriptę sunt faciant: & quę non habeant legē, ipsi sibi sunt lex. Qui habent opus legis scrip

G in tum

lib.3.de.legib.

S.Thom.2. q. 90. ar. 4.

Psal.

Nota.



## Regalis institutio.

Ro. 2.

tum in cordibus suis, quemadmodum doctor gentium latius indicat. Obserua nihil cōtrouersę esse inter propheta tam & apostolum: Alter super nos hoc lumen signatum astruit, hoc est in arce rationis nostrę positum, vt fulgeat instar solis in cęlo anime. Alter vero in corde legem hanc scriptam dixit, quod rationem, & intellectus partem altiorē significat. Vocabula quidem diuersa sunt, res omnino eadem ostēditur. Secundo lex cōmune bonum (quod diuinum Philosophus dixit esse) respiciat. Non astuta in bonum particulare ordinantur vnquam, sed ob comōdū populi. Nonne turpis, & execrabilis pars illa est, quę nō suo toto vel vniuerso conuenit: talis quippe est lex, quę vni & non omnibus vtilis apparet. Enimvero regna, ciuitates & prouincię in dies augentur, locupletantur, & breui admodum crescunt, quando leges communitalis compendium, atq; fructum, summō studio concernunt.

Lex sit promulgata.

¶ Tertio promulgata sit lex, vt ciues ligare valeat, maxime conuenit. Vt enim lex naturalis, nisi homo annos discretionis attingat non obligat, quia antea ei promulgata non fuit, ita lex humana, quę longe inferior est, neminem cohercere poterit nisi ei constet. Equidem lex omnis, quę hec tria continet, iure optimo iusta & sancta appellatur: Ideo ei ciues obedire tenentur, tum ratione, tum conscientia hoc dictante. Quę autem iniusta & contra legem Dei condita est, contemptibilis habeatur oportet, Dicente beato Petro, Oportet obedire Deo, magis quā hominibus. Cęterum sanctiones & iura omnia, vel precipiunt bona agere, vel mala fugere: insuper & bona bonis ciuibus pollicētur tanquam bene meritis de patria sua, sceleratis vero & p̄donibus p̄enas minantur, ne seditiones & dissidia in populo excitentur suborianturq;. Sane vt membrum putridum merito a corpore seperatur, ne omnia mēbra contaminare possit, ita in regno, ciuitateue recte iura disponunt, vt flagitiosi occidantur. Nefor-

Actu. 4.



te respublica impijs impune agentibus, magnam subeat iacturam, & pereat.

¶ Ceterum quia lex humana quamlibet iusta sit, mala multa permittit, quippeque vel minima sunt suapte natura, vel maiora damna prohibent ne contingant. Lege diuina & euangelica opus habuimus, quæ non modo facta, sed cogitationes internas, quanuis homines lateant, coerceset & punit. Est quidem legis lator Dominus, scrutans corda & renes, vt regalis propheta asserit: Imo infernus ipse conspicuus, & palam est ei. Huic sententiæ alludit, illud Christi Iesu dicentis: Qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mechatus est eam in corde suo: Quod est dictu, consensu duntaxat ille mechus comprobatur, & ob id fornicationis vel adulteri reus habetur. Vides poenam taxatam cogitationi nequam, nequis habenas laxare audeat prauis consensibus.

O diuinam ac caelestem legem, o immaculatam sanctionem, ab optimo legis latore latam: Tu cordis arcana rimaris, tu pectoris abdita in lucem prodis, nihil irremuneratum, nihilq; impunitum relinquens.

Adde quod lex naturalis, aut humana, nos ad finem nostræ foelicitatis ducere non queunt. Eam ob rem, altiori lege indigebamus, quæ nos sic in sublime proueheret, vt finem optimum consequamur, vitam æternam possidentes: Quo nimirum pertinet pollicitatio illa saluatoris nostri: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Et rursus alibi ait: Centuplum accipiet, & vitam æternam possidebit.

¶ In summa. Ecce quomodo Leges condende sint, & quæ seruare oportet, earum conditores. Quarum decreta & sanctiones, si tria quorum meminimus habuerint, quæ optime cõditæ erunt. Illarum vel vnã frangere, aut mutare, magni periculi res est, quum in lege Diu obseruata, maximam consuetudo habeat vim. Quas ob res, scite indecretis

Lex hu  
mana.

Lex diu  
na.

Lex Dei  
mirabilis.

Nota.

Nota.

sic habetur, Ridiculum est, & satis abominabile dedecus, vt traditiones, quas antiquitus, a patribus suscepimus infringi patiamur. Obserua quod non vulgare piaculum, sed abominabile dedecus, legum transgressionem appellauit. Vnde magnopere cauendum est, nisi magna vtilitas ad sit, vel iactura ingens immineat, leges iustas frangere, vel innouare.

## Regia dignitas, maxime clementia fulgeat. cap. 30.



Misericordia & veritas custodiunt regem, & clementia tronus eius roboratur, Pro. 20. Rex ille Salomon, apprimè eruditus & afflatu diuino edoctus, reges quosuis erudire vehementer conatur, quo dilucide & palam agnoscant, quibus satelitibus, quibusue cuneis stipati incedant. Non vt q̄ romphens aut gladijs munitos, custodes querant, qui corpus, & momentaneâ vitam tantum custodiant, sed satelitium hoc munitissimum habeant, quo metem inexpugnabilem possideat, hostiliaq̄ bella non admodum timeant. Misericordiam & veritatem pro virili sua habere studeat, quibus fortius aut inexpugnabilius, nihil in hoc mundo. Adhęc regalis tronus nihil eque roborat, atq̄ clementia. Qua moderante omnia, leges, & edicta, olim sanxerut, qui optime regnorum gubernacula regebant. Imo sine clementia, iura queq̄ tyranica sunt, & ab humanitate aliena. Hac clementia præditus Marcus macedonius, syracusanorum ciuitatem expugans lachrimatus est, ceu sanctus Augustinus libro de ciuitate Dei narrat. Eadem virtute fultus Iulius Cæsar, comilitones suos, socios & fratres appellabat, non seruos. Quid plura? Romani magna clementia candidati, orbem possederunt. Sanctus

Regum.  
custodes.

Clemētia.

S. Agusti

Suetonius

Ætus



atus Augustinus libro primo de ciuitate Dei. Sed vt ethnicorum exempla taceam, magnum & præcellens encodium, illud fore comprobatur, quo reges Israel collaudantur. Reges Israel, (ait sacra pagina) clementes sunt. Hac confidentia freti alienigenę illi, periculo capitis se exponere ausi sunt, vitam suam clementię regis fidentes.

3. Re. 20.

¶ Verum hoc præcellenti titulo, mulier illa fortis, mirū in modū laudatur, Dicente Salomone: Lex clementię in lingua eius. Quid in verbis Spiritus sanctus nos docere vult, nisi quod mens, quam ipse inhabitat, vsq; adeo clementia fulget, & misericordia corruscat: Hęc Deo similis effecta, nihil mente cogitat, nihil ore depromit, iubet aut præcipit, quod non clementiam sapiat, pietatem aspiret, benignitatemq; redoleat. Quin etiam clementię nomine, tanquam præcelso eloquio Deus optimus sepissime in sacra scriptura laudatur: Ionas propheta in ventre ceti ponti fluctibus circumualatus, precationes Deo offerens ait. Tu Deus es clemens, & misericors. Ecce in magno cōflictu positus, quo titulo Dei honorat certo certius sciens, hoc nomine maxime ipse gaudere, nihilq; in aures Dei summi mellitius, suauius ve insonare. Rursus Neemias pertonare sic cœpit: Tu autem Deus propitius, clemens & misericors es, longanimis & multę misericordię, & non dereliquisti eos, cum fecissent vitulum cōflatilem. Et ne longius lectorem pium teneam, tot clementię Dei testimonia enarrans, illud Ezechię regis ad quosdam scribentis afferam: Pius enim & clemens est dominus Deus vester, & non auertet faciem suā a vobis, si reuersi fueritis ad eum. Et iterum Assuerus rex magnus, quanquam ethnicus, in quadam epistola clamat: Cum pluribus gentibus imperarem, & vniuersum orbem, mee ditioni subjugassem, volui nequaquam a-buti potentię mee magnitudine, sed clementia & lenitate gubernare: subiectos. Vt absq; vlllo timore vitam tran-

Pro. 30.

Ione. 4.

Neemie. 9.

z. Paral. 30.

figem

Regalis institutio.

figentes, optata cunctis gentibus pace fruerentur. Verba quidē annotatione, imo & homine christiano digna, quę ob oculos orthodoxos principes omnes habere decet. Nec abs rein Romanorū laudem, poeta ille eximus con-  
cinit. Parcere subiectis debellare superbos.

Virgilius.

¶ Sed vt hanc sublimem virtutem regibus facilius suade-  
re possimus, nonnulla, quę peruenuste Seneca in libris duo-

Seneca.

bus, quos de clementia Neronis edidit, recensere labora-  
bimus. Is magnus philosophus, rem illam, profecto fa-  
tis mirandam audiens, scilicet, quod Nero duo de vingi-  
ti annos natus adeo recte regnare cœpit, vt contra latro-  
nes, quosdam sententiam capitis firmare coactus, inge-  
miscens ait: Vellem literas nescire. Quam vocem merito

Seneca.

demiratus Seneca, inquit, non semel sed bis exclamans:  
O vocem generosam magni animi, magne lenitatis: O  
vocem dignam, quam audirent omnes gentes, quę Roma-  
norum imperium colunt: O vocem in cōcionem omnium  
mortalium mittendam: In cuius verba principes regesq;  
iuramentum faciant. Tradetur hęc animi tui excellens  
magnitudo, diffundeturq; paulatim per omne imperij

Simile.

tui corpus, cuncta in similitudinem tui formabuntur. Ne-  
pe a capite bona valetudo, inde vegeta sunt cuncta atq;  
recta, aut langore dimissa, pro vt animus eorum viget  
aut marcescit. Verum neminem latere reor, quam sint ex-  
pendenda singula, quę hic sapiens vir de clementia miro  
eloquio dixerit, quippe quę si vt singulare specimen om-  
nium virtutum in rege elucescat, omnes ad eius similitu-  
dinem clementes efficiantur, quid foelicius hominibus cō-  
tingere potest?

Clemēcia  
quid sit.

¶ At qui clementia temperantia animi est, in potestate vl-  
ciscendi, vel lenitas superioris circa inferiorem in poenis  
constituendis, Seneca teste libro secundo de clemen-

Tulius. li.  
2. Rhetor.

tia: Vel si mauis: Clementia est virtus, per quam ani-  
mus concitatus, in odium alicuius, benignitate retine-

tur.



tur: Vn de satis liquet, quid clementia sit. Nempe mansuetudo iram refrenat, clementia autem poenarum est moderatiua, & exteriores punitiones moderatur. Ad hæc clementia maxime ad charitatem accedit, ideo quouis honore digna, sanctus Thomas 22. q. 157. ar. 1. Imo mansuetudo & clementia subtrahunt mala proximorum, eam obrem Deo & hominibus hæc virtutes amabiles sunt. Huc at tinet illud Ecclesiastici: Fili in mansuetudine perfice opera tua, & super hominum gloriam diligeris. Hinc sanctus Augustinus libro 2. de doctrina christiana, maxime laudat clementiam & pietatem, in quibus Christianam Philosophiam potissime sitam esse astruit. Clemens poenas peccantibus, infert, non ad perniciem, sed ad salutem, vt testatur Seneca, & statim subdit: Nullam ex omnibus virtutibus, magis homines decet, quã clementiam, quum sit nulla humanior: Hæc pacem amat & manus tenet. Nullum tamen clementia, ex omnibus magis cupit, quam principem. Nonne pestifera vis est, posse nocere? Ob id clementia satis amabilem Regem facit. Mira res, populus regem clementem amat, haud aliter quam corpus spiritum, quippe qui intus latitat tenuis: Huic manus, pedesq; tanquam capiti parent. Sane multitudo populi, spiritu regis gubernatur, imò populus corpus est, animus vero eius rex: Ergo vt rex sibi parcat, valde conducibilis est clementia. Quid quod apum principem natura mitem fecit, ita vt aculeum non habeat? Quod sanctus Basilus perpulchre adnotat. Tellus illi natura detraxit, ne seuus, aut vindictæ ultor existeret. vnde Seneca: Pudeat iam ab exilibus animalibus non trahere mores: Quandoquidem furere mulibre est, quin & feræ, vt de elephato, & Leone legimus homini humi prostrato parcere consueverunt. Nullum animal generosius est homine,

S. Th. ibi  
ar. 4.

Eccle. 3.

Nota.

Princeps.  
apum.

Lib. 1. de  
clementia.

pro

Regalis institutio.

Simile.

proinde subtiliori arte ipse homo gubernādus est, & ei maxime parcendū. Nonne equorum feritatem, sibilo tenui, non diris verberibus cōpescimus? Ad hęc canum iram tantū blandiente sedamus. At rationales homines, ira & vindicta mansuescere contendimus? Qui plurima, annotatione digna, de clementia videre cupit, senecam de hac virtute præclarā differentem legat.

Gene.

¶ Nunc vero compendio, quę fusius dicta sunt recenseamus. Crudelitatem & impietatem volētes radicitus euellere, multa de clementia tractauimus: nunc vero fat sit, si rex, totius mundi regis clementiam intueatur, Quippe qui, in pleētendis iniquis ante annos centum, quam cathelismum mitteret, intrinsecus dolore tactus ad Noe virum sanctum dixit: Penitet me fecisse eos: Quod est dictū: Animus mihi non est, vel etiam sceleratos homines perimere, quoniam ad parcendum propensior sum quam ad vindicandum. Cui sententię concinit illud: Heu quia vindicabor de inimicis meis. Verum omnibus hominibus clementia secundū naturā est, maxime tamen decora imperatoribus, ac regibus, vt Seneca testatur. Sit ergo misericors, & verax rex fidelis, & tronus eius fulciatur clementia, Quam adipisci facile poterit si medicorum artem imitari voluerit. Hi salutis causa, & necessitate, virgente, coacti membrum egroti abscindunt, ne corpus

Simile,

totum morbo infectum putrescat, & pereat. Ad eandem imaginem scelerati pleētendi sunt, ne contagione pestifera rempublicam inficiant.

**Regem sic oportet, ciuitates**  
gubernare, vt peculiaria prædia ciues  
habeant. cap. 31.





O sue sorte terram diuidet **I**sraeli, De  
ut. 1. Quam sit vtile ciuibus prædia ha  
bere, vel ex hoc perspicuum est, quod  
ex mandato Dei, Iosue terram illam  
promissam, tantopere desideratam,  
populo Israelitico diuisit. Cautum a  
autem Summi numinis mandato ibi

fuit, ne Tribus Leuitica hereditatem in terra possideret,  
Dicente domino: Separamini tribum Leui, vt portet ar  
cam, quam ob rem non habebit Leui possessionem cū fra  
tribus suis, quia ipse dominus possessio eius est. Mira res,  
quoniam Leuitica tribus ministerio Dei dicata fuerat, &  
ad obeundos labores arcę fœderis vehendę destinata, nec  
non sacerdotij ministerio separata: ob id prædium in te  
rra non obtinebat, sed vberissima & amplissima eius posse  
sio Deus optimus appellatur. En vt ingenue fatear, san  
ctę ecclesię perfectio, velut quodam inuolucro adūbrata,  
atq; deliniata. Nempe omnia, a primordio nascentis ec  
clesię fideles vendebant, & vt par erat, ad apostolorum pe  
des precia offerebāt, nihil sibi retinentes, paupertatē præ  
ferentes, & omnia communia habentes: A deo vt nomi  
ne tenus nihil suum appellarent, idq; agebant, quo magis  
ac magis verbo Dei vacarēt, & orationi instarēt, quotidie  
in fractione panis perseverantes. O mirabilem, & arden  
tissimam electorum in Christum dilectionem: O fidem sin  
ceram, laudibus in exhaustis efferendam. Omnes fideles  
vitam apostolicam sectantes, cum beato Petro vno cor  
de & ore dicebant: Ecce nos reliquimus omnia, & sequuti  
sumus te. En proh dolor, sublime fastigium, a quo decidi  
mus, imò eò infœlicitatis deuentum est, vt Esaię tremen  
da sententia vera sit, in hac nostra tēpestate: A maiori vsq;  
ad minorē, omnes auaritię student. Cui sententię astipula  
tus est apostolus: Omnes querunt quę sua sunt, non quę  
Iesu Christi. Remansit quidē tam venusta & pulchra ima  
go in sanctis religionibus, vbi saluatoris & apostolorum

Den. 10.

Eccle. pri  
uilegium.

Nota.

Esai.

Religiōsi.

Regalis institutio.

Ioan:

candida vita, & paupertas emicat, & mirum in modum irradiat. Nempe vt Ioannes dilectus Iesu testatur: saluatori nostro & apostolis bona communia erant, quorum custos, ac dispensator, iudas infelix fuit, loculos habens.

¶ At qui quum vita hæc tam sit perfecta, vt cuius non contingat, tantum virtutis habere, sed ijs dumtaxat, qui voto paupertatis astricti suapte voluntate, Christi Iesu & apostolorum normam sequi decreuerunt, alijs liberum est, agros & prædia possidere, modo affectum suum & finem in ijs perituris non figant, dicente apostolo: Qui habent diuitias, tanquam non habentes sint: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. Præterit figura huius mundi, ita quæ, tametsi spontanea paupertas sublimior status sit, Domino dicente: Si vis perfectus esse, vade & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus & sequere me. nihil vetat, quominus (vt nuperrime diximus) fideles omnes, qui citra paupertatis votum viuere volunt, propria habeant castra, & pecularia possideant prædia. Vis ratione dilucide agnoscere, quod naturalis sit homini possessio agrorum vt viuat, considera quam sit ei naturalis vita politica, quæque rationi consonum, vt cibaria habeat, quibus alatur & viuat: quod latius Philosophus probat libro 1. politicorū:

Ad hæc nos sumus quodam modo finis omnium, libro 2. phisicorum: Ergo qui possessionibus renunciat, non vt homo politicus viuere cupit, sed altiorem & perfectiorem vitam agere mauult, diuinorum contemplationi vacans. Ceterum, quemadmodum vxorem ducere, filios procreare, re ipsa, natura docet: nihil secius multi hoc spernunt, se ipsos castrantes proter Regnum cælorum, & castitatem, quæ Angelicis spiritibus naturalis est, seruent, candidioraque corda Christo Iesu offerant. Ita possessiones & prædia habere quam plurimi aspernantur, diuitias omnes a se abdicantes, vt Saluatorem mundi nudum, nudi sequi valeant, velut ad rusticum monachum sanctus Hieronymus scribit. Faceat iam Platonis Philosophi et

Mar. 19.

Nota.

S Hiero.



ror, & eius discipuli Socratis inanis opinio, quæ omnia communia ciuibus fore, conducibile asseruit. Verum ad explodendam inertiam, & ignauiam abolendam, quæ maxime cunctis inuisa habetur, & homines vehementer infestat, satis vtile est cuiq; cui hereditatem habere. Adde quod sic expedit, ne dissidia & contentiones in populo suboriantur, aut murmura insurgant, velut tempore apostolorum orta legimus, dum greci aduersus diachonos male loquebantur, eo quod viduq; illorum, in quotidiano ministerio contemnebantur. Eas ob res frugiferum erit, vt quisq; proprium habeat. Tandem vt cardinalis Egidius generalis ordinis nostræ, exacte probat, Ne confusio inter ciues scateat, æquum est proprias obtinere possessiones, sic nanq; omnis deordinatio & confusio tollitur, & officiosa sedulitate quæ peculiaria sunt quis excolit & seruat: Veluti Libro secundo phisicorum philosophus tangit, & experimento compertum est in vna quaq; ciuitate, aut opido.

¶ Ceterum, quod de prædijs, & agris persuasum est, id de pecunijs asserendum nemo est, qui ambigat. Verum emptiones & venditiones in ciuitatibus sint oportet, nam pecunia mensura rerum est, teste philosopho. Caueat autem rex, & omnis ciuis, & modis omnibus caueat, ne vsura bellua pessima, in regno nutriatur. Eam obrem in lege domini statutum est: Si attenuatus fuerit frater tuus, non accipies ab eo vsuras. Rursusq; in deuteronomio habetur: Non feneraberis fratri tuo ad vsuram, pecuniam: nec fruges, nec quamlibet aliam re. Quid plura? hanc pessimam luem natura ipsa abhoret, fides sacra magno opere execratur, & Deus optimus nusquam non in sacra pagina prohibet: Quin & philosophus libro 1. politicorū, irrisorie de vsura loquens, pecunie pactum eam vocat, Ideoq; nature aduersatur. Animalia quippe & volatilia, natura duce generant & pariunt, artificialia vero non

Actu.

Lib. de re-  
gi. princi.Emptio  
nes.

Leui. 25.

Dei. 21.

Vsura ini-  
qua.

non

## Regalis institutio.

non ita. Equidem domus alteram domum non parit, neque vestis vestem producit: Ergo pecunia cum res sit artificio quodam inuenta, suapte natura parere nequit. Quis a deo rudis non hæc intelligit: hoc cine quis negare potest? imo vsura ex suo vocabulo destetanda est, eo quod rapinam indicat, & vsus alienus in ea venditur, quod nefas maximum est. Nunquid in domo, idem est domus & vsus? absit, nam aliud domus, aliud vero vsus illius est: in pecunia autem, vsus & res idem est. quam optime dictum est, nihil scelestius auaro. Auaritia pauperes quidem deprimit valde, ciues inopes facit: imo ea est, quæ diuitum animas perimit, viduas fame cruciat, orphanos torquet, & leene instar rabidæ, ac truculentæ, nemini, nec sacro altari parcat. merito hanc pestem, sanctus Augustinus charitatis venenum vocat. Caueat maxime rex, ne tam nefandi criminis eum noxa inuoluat, deinde solerti cura excubet, ne pestis hæc lethalis ciuitatem vel regnum inficiat.

Eccle. 10.

S. Th. 2.2.

q. 118. ar. 5

## Regia potestas custodes milites habeat. ca. 32.



IN lectulum Salomonis, sexaginta fortes ambiunt illum ex fortissimis Israel, Canti. 3. fas utique est, ut rex custodes ubique habeat, satelliti quoque sultus incedat dormiatque tranquillus, quo eius vita incolumis seruetur. Hinc rex Salomon non modo Diu, sed noctu, militibus valatus dormiebat. Custodes vero non ex vulgaribus preeligerentur, sed magno consilio, magnoque delectu, de extremis, & fortissimis viris Israel erant selecti. non plane gladijs erant accinti propter timores nocturnos, ad hæc, excubias seruabant circuncirca lectum regalem, ne quicquam mali accide-



accideret Salomoni dormienti? Quę nimirum cosuetudo inoleuit apud reges, manebitq; in secula. Vnde nifalor palam est, quam sint principes suapte natura fragiles, & infirmi, totq; periculis expositi, quum aliorum suffragio, & custodia indigeant: quasi, sese tueri, & seruare ne queant. Qui ergo fit, vt tot cuneis fulti reges incedant, nisi quia hostes trepidant, mortemq; inopinatam summo pere timent: timere autem alios non imperterriti, sed vecordis animi est. Nō est igitur vnde reges se efferre valeāt, vbi custodibus plurimis se stipatos aspiciunt: nam si ingēs autoritas, & regalis maiestas, ex vna parte tunc emicat, ex alia eorum fragilitas cunctis est conspicua, dum morti funibundę obnoxios se profiteantur oportet velint nolint. Quin etiam tot custodibus obsiti, inimicos suos vereri, & trepidare se indicant.

¶ Ceterum plurima lubēs sileo, quę ad politiā regni & ciuitatis, expectant, vt pote de artificibus, quibus potissime ciues egēt: de militibus, quos alere tenentur reges vel ciuitates, ne hostes aditū habeāt, grassariq; omnia audeāt. Brevitati studere instituius, quę cunctis valde amena est, & maxime regibus, tot curis obnoxios semper fuit grata. Ea tenus nonnulla reliquimus, quę fufius sanctus Thomas, & Egidius romanus, sancti Augustini instituti, in libris de regimine principū exacte, & erudite scripserunt. At qui de acie instruenda deq; cuneis in bello ordinādis, multa scire cupit, Vegetiū de re militari legat, vbi pleraq; annotatu digna inueniet. Ad hęc opere precii erit Ypodomi rēpublica contēplari, quā philosophus hic tripharie diuidebat. Ita vt bellatores, artifices, & viri genero si ciuitates incoletēt, quippe qui, principē eligentes, ei sponte omnes obsecundabāt. Mira res, quanta equitate, & pietate plenas leges ipse edidit. Quid obsecro sanctius, quā vt princeps sic pietate sit fretus, vt peregrinorū & orfanorū curam habeat? hoc lege inuiolabili statutum est. Rursus, lege statuit, vt patre in bello succumbente, eius filij ex erario communi aleren

Nota.

Reges humiles sint

Milites.

S. Tho.  
Egidius.  
RomanusYpodomi  
leges.



Regalis institutio.

tur, educarenturq;. Ad hæc, viro sapienti, qui consilium dabat, mercedem commerita dare sanxiuit. Quod sane rex Pharaon cum Ioseph, & Assuerus cum Mardocheo, quondam fecerunt.

Lacedemoniorum leges.

¶ Lacedemonij sanctiones varias ordinantes, multa a notatu digna instituerunt. Lex prima dominis precipiebat, vt seruos suos perinde atq; amicos diligeret, non plus æquo illos opprimendo. Quod satis rationi est consonum, nisi superbia rebelles eos efficeret. Sic commonefacit, Arist. lib. 2. politi. Deinde marito defuncto, vxori viuenti, partem duplicem bonorum largiri sanxerunt. Tertia autem pars filijs possidenda tradebatur. Siquis quatuor haberet filios, qui pro reipublice vtilitate pugnaret, is libertate gaudebat, & inter nobiles computabatur. Insuper belatores non vxoratos eligebant, quo fortius, & constantius in bello dimicarent, vxorum aut filiorum affectu, minime allecti. Deniq; expedito consilio decreuerunt ij vt ciuitatis officia non locupletes, sed pauperes exercerent. Quod quidem satis vtile foret, si paupertas voluntaria ea esset, non coacta: quippe qua Lucius Valerius & Fabricius, Romanorum consules habuerunt: Veluti Valerius maximus testis est.

Nota.

Cretensium leges.

¶ Cretensium leges a Ligurgo constitute sunt, qui regis frater erat. Hic iure iurando eas roborauit, vt populus nullatenus eas infringere posset. Argenti & auri vsum ademit, vt auaritie estus euanesceret extemplo. Tranquillitatis & pacis causa, æquales possessiones ciuibus distribuit. In vestitu & victu, æqua lance se omnes habebant, ita vt vna veste tantum contenti viuerent. Pecuniarum vsum omnino prohibuit, & in emendo & vendendo, commutationes fieri mandauit. Virgines absq; dote nubere constituit, ne homines ob diuicias, sed propter virtutes amarent vxores. Tandem senes, non diuites venerari, modis omnibus iussit. Principem non quenuis, sed meliorem ex omnibus eligi precepit. Iuxta illud politi. 5. Oportet principem esse omnibus meliorem.

Nota.

Roma.



**R**omanorum leges mitto, quas duodecim tabulis inculptas habebat. Ij duos consules eligebant (Tarquino superbo iam eiecto) quorum alter rempublicam gubernabat, alter vero, exercitum & acies instruebat. Censores, qui populum iudicarent, nec non prefectos & tribunos creabant. In hac republica, illustres quidam erant, alij expectabiles, alij vero clarissimi appellabatur: Que latius sanctus Hieronymus narrat, lib. 9. ethimologiarum. Quid de Pithagora philosopho eruditissimo dicam, qui primus hoc nomen ad inuenit, sapientis titulum spernens, ideo sapientie amator vocatus est. Sic nomen, hoc scilicet philosophus, interpretatur. Is ciuitatis sue prauos mores, pro virili sua destruxit: Mulierum ornatus & monilia abstulit, eo quod luxurie incentiua & iniquitatis seminaria erant: Potissime docuit flagitia omnia declinare, virtutes vnice diligendas esse asserens: Ignorantiam vt exitialem pestem persequutus est. Mirabile dictu, ta erat castitatis amator, vt filia eius in virginitate permanserit, vt sanctus Hieronymus narrat. Hic in fenestra domus sue sedens, iuueuem quandam ad ianuam meretricis pulsantem intuitus est. Qui subinde liram accipiens, concentu & modulatione lire, quam vehementer pulsabat, adeo iuuenis cor emolliuit, vt a prauo suo Desiderio reuocaret. Quod gestum, sanctus Thomas lib. 4. de regimine principum diffusius narrat. Has omnes leges rex legere non renuat, vt agnoscat, quanta fuit cura etiam barbaris, quod ciuitates militibus sint munite, ne hostibus pateant, sed fortiter, inensos inimicos ciuitatum custodes arceant, atq; viriliter ad versus eos pugnent.

**Reges omnes oportet, Christo regi, & pape, per omnia obedire. c. 33.**

**P**otestas eius potestas eterna, & regnu, quod non relinquetur: Dani. 2. Equissimu est, & cunctis regibus lucriferu procliui genu regu Christu iesum adorare, & in omnibus,

H ij eius

S. Th. lib  
4. de regi

S. Hieronymus

Nota,

Li. contra  
Iouinia.

S. Tho.



Regalis institutio.

Monar-  
chie.  
quatuor.

Danie.

Luce. 1.

Esa.

Magis Ie-  
sum ado-  
rant.

Luce.

Nota.

Ioan. 19.

eius imperio obedire: Alioquin, nec in hac vita reges erūt, sed suarum cupiditatū mancipia: nec in regno cælorum regnantes, coronam immarcescibilem accipient. Quam ob rem, postquam vates sanctus Daniel, regnorum quatuor prophetavit exitum, ut pote Periarum, Medorū, Grecorum, & Romanorum, monarchias in statua illa portentosa depingit: paruulum lapidem descendentem de monte sine manibus abscisum vidit, qui monstri illius pedes tangens, & euestigio statua redacta est impuluerem minutissimum: Creuitq; lapis ille in montem magnum, omnem terram replens. Quis obsecro lapillus hic, nisi Christus Iesus est, qui Spiritu sancto cooperante in sacro virginis aluo fuit conceptus? Quo pertinet illud Gabrielis paranimphi cælestis: Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi. Quod & Esaias multis retro sæculis vaticinatus est: Paruulus (inquit) datus est nobis, & filius natus est nobis. Verum in presepio behtlethimitico paruulus natus est, saluator, fastum mundi huius & diuitiarum iactantiam prosternens. Vnde sacramento non vacat, in tuguriolo hoc positum potentes reges adorasse, muneratq; varia & simbola humi prostrati ei obtulisse, regem verum & totius orbis gubernatorem donis tipicis profitentes. Creuit mirum in modum lapis paruus omni gemma, & lapide precioso, mirabilior, dum annos duodecim natus inter doctores sedens omnes mirati stupebant, sapientiam eius audientes: Creuit vehementer, dum miraculis inumeris fulsit, doctrinatq; valde emicuit. adeo ut vbiq; terrarum iam agnitus, fide & amore ab hominibus veneratur, vanissimis idolis prostratis.

¶ Quid multa? Qui a populo iudeorum querebatur, ut regni diadema acciperet, principatum temperarium horrens se abscondit, quiq; coram improbo iudice Pilato, ore suo benedicto dixit: Regnum meum non est de hoc mundo. Is Hierosolimam tot millibus hominum stipatus, canticum puerorum audiens: benedictus, qui venit in nomi-



ne Domini rex Israel, non restitit, imò iudeis liuore inuidiæ conquerentibus respondit, velut rem gestam confirmans: si ipsi tacuerint lapides clamabunt. Idq; cælitus factum legimus, vbi ipso mortem oppetete, & iudeis negantibus, terra mota est, & saxa scissa sunt, cælorum regem Christum omnia pertonantia. Vel si mauius lapides Centurio, & illius milites erant, lapidibus & idolis seruietes, quicq; vna voce clamauerunt vbi Saluator exalauit animam: Vere filius Dei erat iste. Mirabile dictu, in morte omnes reges regnum suum deserunt, & rege sæculorum Christo moriente, maiorem in modum, regnum eius fuit auctum. Quo sane pertinet illud: Ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipsum. Eas ob res morte iam expūta, Sathana superato, triumphator noster Iesus ait: Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.

¶ Ceteru, nemo demiretur, quod humilitatis & paupertatis insignia, quandiu Christus in hoc exilio vixit, præ se tulerit. Hoc ideo fecit, vt regibus magnum relinqueret exemplum, ne dignitate & potestate elati extolantur: Imo erūnis & morti obnoxios se agnoscat, subditosq; sibi tanquam fratres diligat, Christo regi cælorum se subdant. Haud dubio verissimū est, quod Salomō cecinit: Humilem spiritu suscipiet gloria. cui dicto astipulatur regalis propheta, dicens: Humiles spiritu saluabit. Eodem attinet quod deipara maria cantauit: Deposuit potentes de sede & exaltauit humiles. verum humilitatis præclara virtus, maxime nobis gratiam Dei conciliat, & in fastigium perfectionis, & cælestis gloriæ nos prouehit. Hinc dominus ad Saul: Quū esses humilis in oculis tuis, caput in Israel elegi te. En qua liter Deus optimus exultat humiles, deprimat autem turbidos etiam in hac calamitosa vita. Ad hæc opus erat, vt saluator noster inopem vitam ageret, quo eius inopia nos diuetes efficeremur, velut apostolus suadet. Itaq; vt suos electos non futilibus diuitis, sed æternis locupletaret, cum ditissimus esset, inops factus est. Tandem pauper

H in tatem

Lapides.  
clamant.

Regnum  
Christi Ie  
su.

Ioan.

Pro.

Psal.

Humilitas



tatem ipse elegit, quam homines tantopere odiunt ut amabilem faceret inopiam, que mentes nostras vehementer locupletat, Nec aliorum regum instar, regnare ei lubuit, palam faciens non temporale, sed spirituale esse eius regnum.

¶ Si autem quis dubitet, quum Daniel ibidem asserat: multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis, quid subest cause, ut trecentorum annorum curriculo & eo amplius magnam a tyrannis persecutionem passa est ecclesia: in propatulo est responsio, nam pax hec, de qua vates loquitur non externa, sed interna, que vera tranquillitas anime est: De qua saluator noster ait: Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. Et subinde intulit: Non quomodo mundus dat ego do vobis. Equidem mundus fallax, seductoribus suis pacem subdola largiri solet, que non pax sed bellum domesticum dici potest: Imo anime conflictum iugem prestat, iuxta illud: non est pax impijs. Et iterum regalis propheta ait: Via pacis non cognouerunt, non est timor Dei ante oculos eorum. At redemptor noster iesus, ut veritas summa est, veram pacem amicis suis prestat, quippe quam nec funestus Sathanas nec mundus nequam auferre potest. Hinc vox illa peccatissimi & strenui militis insonat: Pax multa diligentibus lege tua, & non est illis scandalum. Allusit huic sententie apostolus: Et pax Dei, que exuperat omnem sensum, & omnem intellectum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras. Tale est regnum christi iesu, spirituale, & pacificum: ita ut pacis huiusmodi non sit finis. Seuiant tyranni versuti, & rabido furore pro sua virili sancta ecclesia infestent, heretici leonum more insurgant, nepe prevalere non poterunt unquam. Electorum pax interna est, scandalum pati non potest, quum quo maxime inimici seuire conantur, eo maxime electorum Dei pax, & merita augmentur: Et quod mirabilius est, bello ipso ingrauescente, roboratur animi tranquillitas, vehementerque stabilitur.

Par ergo erit, ut reges omnes, imperio regis supremi christi iesu obediant, cuius potestas eterna est, & cuius imperium finem nescit. Imo in nomine iesu omne genu flectatur: celestium, terrestrium, & infernorum. Hoc triplex regnum sua mirabili

Questio.

Ioan.

Esa.

Psal.

Pax.  
Christi.



li potentia saluator ipse moderatur, sedens ad dexteram maiestatis Dei in excelsis: Summamque omnes principes obedientiam prestent Summo pontifici, tanquam saluatoris vicario, cuius vices gerit in terra. Qua de re, non semel hoc sancta ecclesia statuit, sed per quatuor concilia id benemerito decreuit. Alioquin regnare in celo nequibit rex, qui sancte Romanę ecclesię parere noluerit.

Ecclesia.  
Romana.

## Reges vindictam Dei valde ti

meant. ca. 34.



Eus potens est humiliare gradientes in superbia sua, Danielis 4. rex Babilonis Nabuc donosor, quem Dominus rex cæli & terre mirabiliter prostrauit, magna voce verba hæc protulit. Mirares, qui se Deum superbe appellauerat, & arrogantia turgidus se inaniter extu-

Danie. 4.

lerat, iumentorum consortium habuit, & septenio inter belluas degens, regni corona multatus, pabulo herbarum vescebatur: atqui Deo optimo maximoque opitulante (vt est propensior ad miserendum) redditus fuit illi sensus, & restitutum regnum. Ob id magna voce demiratus clamauit: Ego Nabucdonosor rex Babilonię, magnifico & glorioso Deum cæli & terre: & extemplo subnectit: Qui potens est humiliare gradientes in superbia sua. Verum historia hæc introspectibus admirabilis & satis stupenda est. Quippe quam ad amussim vates sacerrimus explicuit, quo magis nates & reges, omniū regem Deum, summo opere reuereri ac timere studeat: Ne fortassis in hac vita cor ferę detur eis, quę admodum Nabucdonosor contingit, nec non & Pharaoni pessimo euenit: Quicquid ferarum more viuentes, a ratione quam longissime deuiant. Infelix plane & nimium infelix homo, qui eo demeritis prolapsus est, vt hoc infelicitatis eloquium de illo dici possit: Cor ferę detur ei. Quid precor est cor ferę habere, nisi cor saxeam, cor durum, cor rationis expers

H iiii posside

Regalis institutio.

possidere, ab omni intellectu alienam.

¶ Iam pridem in primo tractatu huius libelli, nonnulla ini quorum regum exempla adduximus, in quos dominus a nimaduertes, iustitiam suam exercuit. Nunc operepretiū me fecisse existimo, si sepius rem eandem principibus inculcarem: Quo Christum Iesum, regem regum & dominum dominantium, toto pectore timeant, atq; pro sua virili ei inseruiant. Audiant obsecro quod Samuel propheta audacter regi Sauli loquutus est: Quia abiecisti sermonē domini, & non obedisti sermōni eius, abecit te Deus, ne sis rex. Ecce qua pœna plectendus erat rebellis, qui domino obedire noluit, seruans A malechitarum regem, & pecora multa, vt ea domino sacrificaret. Hoc fūco miser suam te gerat auaritiā, vt hodie nonnulli facere consueuerunt. Mirabile dictū, sacra scriptura sic ait: Mortus est rex Saul propter iniquitates suas. Quotus quisq; nostrum est, qui non expauescat, & toto corde non contremiscat? Ecce qui vt puer vnus anni erat, dum regnare cœpit, & qui melior erat in tribu Benjamin, omnesq; excellebat, infeliciter labefactatus, & superbia eleuatus cecidit. O quā vera illa philosophi sententia est: principatus virum ostendit, Ethico. 5. id quod de Salomone omnibus conspicuum est. Mira res qui spiritu Dei afflatus, domino templum mirabili structura erexerat: is templa, lucosq; spurcissimis idolis edificauit, muliercularum alienigenarum blandimentis, & lenocinijs inescatus. Quin & earum verbis illaqueatus, vana idola adorauit, senio iam confectus. Eam ob rem, verba illius vehementer notanda sunt atq; tremenda: Interdum dominatur homo in malum suum. Hoc Salomon ipse asseruit, & experimento illud confirmat, dum magno suo malo, regni solium ascendit, carnis lenocinio illectus, & tanquam amens, Dei summi penitus oblitus. Quid de Achab rege pessimo, deq; eius scelestissima vxore Iazabel referam? ille per cancelos domus sue cecidit, & fracto cerebro miserabiliter obiit. illa autem, que maritū

Nota.

i. Re.

3. Regum.

Nota.

Eccle.

Re.



ſuum, vt altera Eua, decepit, e fenestra proijcitur, meretricio cultu ornata: Et ſtatim cōminuta perijt, altoq; Dei conſilio, canum morſibus conſumpta, cuius extrema manuum & pedum cernebantur tantum. Quippe quam, vt tranſeuntes intuebantur, gemitu ingenti clamabant demirati: Hęc eſt illa Iezabel:

¶ Ad Cirum regem perſarum veniam, de quo dominus ait: Hęc dicit dominus Chriſto meo Ciro, cuius aprehēdi manum dexteram, vt ſubijciam ante faciem eius gentes, & dorſa regum vertam. Is ſane, poſtquam populo Dei libertatem dedit, & vaſa templi reſtituit, quę Balthaſar rex veſanus rapuit & Babilonię poſſidebat, triumphos præclaros obtinuit, totam fere Aſia ditioni ſuę ſubiugans. At vbi in Babilonios ſeuerus fuit, & Maſagetos tyranice degraſatus eſt, a muliere Semiramide viduus, magnus illius exercitus perijt. Erat quippe tam ſtupendus, vt ducentena millia virorum haberet. Ad hęc Semiramis regina crudelis, Ciri ſanguinem in vtre colligens, capite regis immiſſo, ita clamabat: Sanguinem ſiſtiſti, ſanguinem bibe. Quid multa? Alexander magnus, Dario ſuperato, poſt innumeras victorias, vitijs habenas laxauit, & triginta tres annos natus, grauiſſimis cruciatibus anxius interiijt. Vides ni fallor cā dide lector, quam ſit potēs Deus, vt gradientes in ſuperbia ſua facillime deprimat, pœniſq; commeritis pleat. imo tyrano rege Deus optimus vtitur, vt alterum tyranum poſtenter flagellet, ac deſtruat. Huc attinet quod Eſaias ſcripſit, quin etiam dominus per Eſaiam ait: Aſſur virga furoris mei, vnde & baculus ipſe eſt, in manu eius indignatio mea. Stupēda res, ſyrie rex populum Dei vaſtauit, eorum delictis id exigentibus. Nabucdonosor, ciuitatem ſanctam expugnans, ſpolia & vaſa templi arripiens, delicta populi rebellis vindicauit. Ad eundem modum, Titus & Veſpaſianus Romanorū imperatores, ciuitatem & templū Dei conſternantes, ſaluatoris noſtri ieſu mortē vendicarunt, & immane Iudęorum flagitium punientes, Hieroſolimam

H v. fundi.

Davie.

S. Tho. ſr.  
3. de regi.  
princi. c. 8

Eſai.

Re.

Regalis institutio.

funditus euerterunt: Quemadmodū pius ac clemēs redēp-  
tor noster, siens Hierosolimitis prophetauit, dicens: Nō re-  
linquent in te lapidiē super lapidē. Ad hęc rex impius Go-  
torū, quid aliud nisi flagellū totius italię fuit: Cirus Bal-  
thasar regem interfecit, & monarchiā ad Persas trāstulit.  
rursus Semiramis regina Cirum necauit, vt nuperrime  
meminimus. Ex quibus perspicū est, quam sit cauendū, ne  
rex potentia sua extollatur, quālibet magnus sit: Ne forte  
ei eueniat, quod Adoni Bezech duci crudelissimo conti-  
git, Quippe qui septuaginta reges, manibus & pedibus eo-  
rum abscisis, habebat, reliquias mensę velut canes quęritā-  
tes. Archano Dei iudicio factū est, vt ipse in bello ab inimi-  
cis captus, manibus & pedibus resectis, sub domini sui mē-  
sa micas panis defluētes colligeret: Quiquidē, gemitibus  
in enarrabilibus, quanuis bene merito, aiebat: Sicut feci,  
ita reddidit mihi dominus. Quo plane pertinet illud Dau-  
iticum: Iustus es domine & rectum iudicium tuum. Et ite-  
rum: Qua mensura mensi fueritis, remecietur vobis.

¶ Summa, Quod si tanta est regis regum potentia, tamq̃  
stupenda supremi Dei virtus, superbos reges humilians,  
humiles & de se nihil fidentes, mirum in modum exaltās,  
vt diffusius tractauimus, par erit, regē quemlibet quotidie  
apud se penitius expendere, qualiter Deus optimus im-  
priorū regum capita concauerit, animaduertens in eos,  
quemadmodū ipsi erant cōmeriti. Potissime ob oculos  
principes habeant quod regi Balthasar accidit: Is quidē in  
conuiuio gaudens, & Mero satis grauatus, quasi manum  
impariete scribentē vidit, ideo tremens ac stupens, Daniel  
accerisuit, vt scripturam insolitam exponeret: inscriptio  
autem sic habebat: Mane: Hoc est, numerauit Deus reg-  
nū tuum, & compleuit illud. Thecel: id est, apensus es in  
statera, & inuentus es minus habēs. Phares: Quod est di-  
ctū, diuisit Deus regnum tuū, & datum est persis & medis.  
Nempe tres cifras hasce, ante oculos rex habeat semper o-  
portet. Numeratū & completū regnum suū existimet,  
quoniā temporariū atq̃ momentaneū est, non autē pepe-  
tuum

Iudi. i.

Psal.

Nota.

Danie.

Nota.



tui. Dicente scriptura: Hodie rex est, & cras moritur. Apē sum se in statera iudicij Dei consideret & minus perfectio nisi habentē non hesitet. Deniq; diuisū potentatū suū haud dubitet, eo quod aduentate morte, eius corpus in cinerē reuertetur, spiritus vero ad iudiciū prouehetur corā deo: Dicēte apostolo Paulo. Statutū est hē minibus semel mori & post hoc iudiciū Felix orthodoxus quisq; , & maxime princeps , qui quotidie hęc toto corde secū expendit, ante quā cubitū eat: cuncta, quę diximus, singulatim inspectore suo, scrutans. Procliuūq; genu Christū iesum deprecans cū regio propheta: Non intres in iudiciū cū seruo tuo domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.

## Regi optimo, quam magna

sit in celo merces. c. 35.

**A**udete & exultate: quoniā merces uestra copiosa est in celis, Mat. 5. Quemadmodum equissimus iudex Christus iesus, accerbissimas pœnas improbis regibus parauit, ut paulo ante tetigit, & si obiter. A deo ut peracta huius uite fabula, in teterimo baratro, flāmis sempiternis exercuiabit eos: sic principibus probis, ac benemeritis, quiq; fide, & charitate & spe candidati, atq; ceteris moralibus virtutibus fulti dño seruiuerunt, tū in presenti, tū in futura vita inestimabile mercede pollicetur, eos beare promittens sua gratuita dignatione, operibus eorū sanctis premiū cōmeritum largiens. Nō me preterit quidē, omnibus electis hoc brauiū eterne glorie, verbis ihs fore promissum, qui suapte voluntate Deū amantes, mandata eius impleuerunt. Nihilō secius bonis principibus, maior extat merces, eo quod maiori insudatione, regna sua moderati sunt. Quod quidem commonefacit apostolus, ad labores obeundos nos excitans: Vnusquisq; (ait) recipiet secundū propriū laborē. Pruculdubio, vbi maior conflictus, & grauior est crux pro Christo amore subeūda, ibi maioris meriti ratio sit oportet,

Eccle. 10.

Vide. S.  
August. li.  
5. de ciui.  
c. 24.

Virtutes.  
omnes.

Regalis institutio.

Nota.

tet, & præcellentior corona, ac proinde sublimior gloria. **E**nim vero theologorum sententia vera est, qui vno ore asserunt, deum premiare ultra condignum Labor: quippe momentaneus est, merces autem æterna: quin & apostolus velut stupefactus clamat: Quod momentaneum est, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æteræ gloriæ pondus operatur in nobis. Quæ quidem verba magnum solacium asserunt nobis, & fragilitatem nostram summopere ad laborandum in vinea domini excitat. Paruus labor, ait sanctus Augustinus, sed merces æterna est. Quod si cuius fideli tantum premij Deus dabit, quâto magis gloria augetur regibus bonis, qui tot curis & calamitatibus sunt obnoxij, si equo animo, recte, atq; constanter regna sua moderentur: Verum si princeps suam foelicitatem non in honore, aut voluptatibus collocauerit, aut in diuinitis finem suum posuerit, veluti in primo tractatu admonuimus, sed in dilectione Christi iesu, quæ maxime nos deo adglutinat, beatitudinem fixerit, dicente beato Dionysio: Amor est vis vnitiua & diuersorum congregatiua, haud dubio cælorum regnum obtinebit. Ad hec, si iustitiâ equalance, omnibus impertire studuerit, si ludis & iocis, non plus equo indulserit, sed vt philosophus hortatur, ethi. 4. velut sal in cibo, quod modicum esse oportet, corporis solacium habuerit: Si domum suam solerti cura prouidacq; vigilantiâ gubernauerit, ceu in secundo tractatu expediuimus: Tandem si peculiari comodo, totius regni vtilitatē prætulerit: ius erit sane, vt Dominus dominantium, saluator noster iesus, regnum cæleste principi huiuscemodi largiatur. Ita vt de hoc labili, ac terreno regno ad perpetuum & æternum per ethera volitans conscendat, cum Christo iesu per æni gloria fruiturus.

S. Agusti.

li. 4. ca. dediui.

Ludus moderatus.

Nota.

**Q**uod ita rex habeat, vt asseruimus, efficaces rationes, vehementer id ostendunt. Primo quam sit magna merces in cælo, regibus bene populum sibi commissum moderantibus, sic apparet, in excellenti opere quod



